

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**M. Hartwici Bambami[i], Ecclesiast. Petro-Paulini,
Apparatus Enthymematico-Exegeticus**

Observationes In Novum Foedus, Exquisitiores Comprehendens


Bambamius, Hartwig

Hamburgi, MDCCXXVII.

VD18 90548728

Sectio I. Generalia quaedam in Novum Foedus Enthymemata continens.

urn:nbn:de:gbv:45:1-14064



A. &. Ω.

Observationum Sacrarum

Pars IIda,

eiusque Sectio I.

GENERALIA quædam in NOVUM
FOEDUS Enthymemata
continens.

I.

Variantes N. T. lectiones variis causis adscri-
bendæ sunt.

Prob.

I.

Quia plurimum ad Lectionum varie-
tatem fecit, in N. T. qvod non ea
cura atqve industria adhibita est
à Doctoribus Christianis, qvam
plane stupendam Masorethæ in
conservando à corruptione prisci Fœderis
textu posuere. Hinc vel ex uno Matthæi Ev-
angelio plures licet excerpere variantes le-

A.

Sectio-

stiones, qvam in universo V. T. sunt obser-
vatæ.

2. Q. Christiani per totum orbem disper-
si fuerunt, id vero ante vastationem Hiero-
solymitanam Judæis non contigit.

3. Q. hæc erat Græcorum Christianorum
consuetudo, ut ab unius dictantis ore plures
sæpe Scriptores penderent. Qvod qvidem
tum temporis, ad libros eò facilius propagan-
dos, necessarium erat.

4. Q. præterea viri eruditæ Scripturas N.
T. cum Patrum Græcorum Commentariis
conculerunt, qvi sæpe ex memoria dicta re-
citant, adeoque verbis paulum mutatis, aut
etiam omisis : sæpe illustrationis gratia ali-
quid addunt ; sæpe etiam, dum ad præsens
negotium textum accommodant, casus, nu-
meros, tempora, modos &c. variant, eaqve
ratione lectiones varias mirum quantum au-
gent. Exempla ex Patribus affert B. Elstwich,
in Dissert. de Recentiorum in Novum Fœdus Critica,
§. 12.

II.

Sigillatim vero ex confusa pronuntiatione &
neglecto diversarum vocalium discrimine
multæ lectiones variantes natæ sunt.

I.

Ita Matth. V. 19. in plerisque codicibus διδάξῃ habetur ; in nonnullis διδάξει. Item v. 39. γανίσει, alii γανίσῃ. Id enim Scriba-

ob



ob confusionem soni perinde erat. Similiter c. XXVI. 50. $\epsilon\phi'$ ω , & ζ , legitur.

2. Sic Matth. XXI. 35. in nonnullis Codicibus legitur: $\epsilon\delta\epsilon\rho\alpha\nu$, verberarunt; in aliis: $\epsilon\delta\eta\rho\alpha\nu$, excoriarunt. Marc. XII. 3. additur: $\bar{\Lambda}\omega\epsilon\tau\epsilon\lambda\alpha\nu$. Wenn man aber einem die Haut abgezogen/ kann er nicht weit lauffen. Ex collatione igitur hujus loci apparet, quæ sit genuina lectio. Et sic in locis aliis.

III.

In primis, multum damni scribarum attulisse imperitiam, statuendum est.

I.

Hi enim cum in Codices incidissent, Viris eruditis usurpatos, quæcunque ibi supra lineas reperiebant glossemata, ea vel varias putarunt esse lectiones, vel emendationes ac scripturæ partes, ideoque pro suo arbitrio alia ad marginem adjiciebant, quædam in ipso contextu retinebant, vera scriptura interdum eliminata.

2. Ita e. g. Marc. I. 12, voci $\pi\eta\epsilon\mu\alpha$ in uno alteroque Codice reperimus additum $\ddot{\alpha}\gamma\iota\sigma\alpha$, ubi procul dubio aliquis lectorem de sensu monere voluit, ex Luc. IV. 1.

3. Ita Luc. IV. 5. plerique Codices habent: $\tilde{\eta}\tilde{\iota}\tilde{\sigma}$ $\omega\eta\kappa\mu\epsilon\eta\varsigma$; in margine aliqui apponunt: $\tilde{\eta}\tilde{\iota}\tilde{\sigma}$ $\kappa\sigma\mu\varsigma$. Ubi scriptor voluit illustrare, quod significet universum mundum, nec, ut Luc.

A 2

II.



II. i. sumatur. Idem in particulis deficien-
tibus observes.

IV.

*Quemadmodum & simpliciter incuriae Scriba-
rum quædam tribuenda sunt lectiones varie,
qua effectum est, ut literæ aliquando exci-
derent, nonnulla vel adderentur,
vel mutarentur.*

I.

Sic Apoc. VIII. 13. diversa lectio est, ἀγγέλος, & ἀετός, procul dubio ex scribarum oscitantia. Interim legendum esse ἀγγέλος patet ex contextu, quia *alius Angelus*. Et alias quoque Angeli volare dicuntur. Es. VI.

2. Sic Apoc. XV. 6. legitur constanter λύων, in quibusdam λιθον Priorem autem lectionem veram esse, ex c. XIX. 14. constat.

V.

*Tum quoque Scribæ plurimum dissentunt in ex-
primendis personarum locorumque peregrino-
rum nominibus propriis, aliisque vocabulis
Hebraicis, in primis si dictator esset
imperitus.*

I.

Sic Matth. XXVII. & Marc. XV. illud λάμα scribitur ab aliquibus λαμᾶ, ab aliis λάμη, λέμα & λεμᾶ, λέμη, λήμα, λίμα, λημᾶ, λεῖμα.



Ita יונכש jam scripserunt per Simon, jam per Symeon. Hinc nata varia lectio 2. Pet. I. i. Unde nonnulli collegerunt, hanc Epistolam non esse Petri, quippe qui alias appellatur Simon, Matth. X. 2. Sed confer Act. XV. 14.

VI.

*Tandem & Hæretorum fraudi lectiones
variae adscribendæ sunt.*

I.

Ita de Ebionæis præsertim, Valentinianis, Marcionitis, Manichæis, Arianis, &c. constat, quod sacrilegos ungues in sacrum Codicem immittere ausi fuerint, eumque interpolare ac depravare tentaverint, addendo, delendo, & mutando. De quo impio Hæretorum conatu antiquæ Ecclesiæ Doctores conquesiti valde sunt.

2. Sic 1. Tim. VI. 20. & 2. Tim. II. 16. quæritur, utrum legendum Κανοφωνία, an κενοφωνία? Equidem in aliquot Græcis Codicibus reperta fuit scriptura per ai, quæ & à Chrysostomo fuit servata; Sed illi Codices procul dubio versati fuere in manibus Arianorum: hi enim & alii Hæretici omni ope conati sunt, sacras Literas mutare. Qvare vero h.l. id tribendum sit Arianis, causa est, quod illi in Concilio Nicæno in primis urserint Κανοφωνίας & novitates vocabulorum. Nam rejecerunt vocem ὅμοστιος, & phrasin, εἶναι ἐκ τῆς ὁσίας,

A 5

hoc



hoc unico argumento, qvod phrasis sit no-
va. Conf. *Athanas.* T. I. de Decreto Synodi
Nic. p. 269 - 271.

3. Similiter ab *Arianis* 1. Joh. V. versus 7.
olim expunctus est, unde nata varia lectio.
Vid. *Hieronymus* in Præfat. ad Epist. Cathol. ubi
habetur clarum testimonium de verborum
illorum depravatione, qvam tribuit Latinis
Interpretibus, Arianismo infectis.

4. Ita *Nestorius* legit Hebr. II. Christum
χωρὶς Θεοῦ (pro qvo nunc *χείρι του Θεοῦ* habetur)
gustasse mortem, ut hinc confirmaret, deser-
tam à Divinitate Ejus carnem. Qvo de plu-
ribus B. *Dannhauer.* in *Hermen.* S. p. 118. seq.
Conf. tamen B. *Ittigii* *Opuscula* var. pag.
65. seqq.

5. Qvomodo *Marcionitæ* Evangelium Lu-
cæ corruperint, vid. *Epiphan.* Hær. XLII.

6. Quid? qvod etiam Catholicis Doctori-
bus nulla fuit religio, si qvam vocem sen-
tentiae suæ repugnare censerent, eam vel ex-
pungere, vel aliud qvicqvam inserere. Hoc
fere incredibile videtur, interim *Epiphan.* To.
II. in *Ancor.* p. 36. ex edit. Petav. hoc de-
monstrat, & plura exempla addit Dn. *Pfaff.*
in *Dissert. Crit. de Genuin. N.T. lectionibus,*
p. 192. seqq.

VII.

Quo autem Lectiones diversæ N. T. le-
gitimo tractentur ac dijudicentur
modo, & genuinæ à spuriis discer-
nantur,



I. *Autoritas Codicum*, eorumque *Numerus* considerandus. Nam lectio, pluribus Codicibus probata, si cœtera paria, præfertur lectio, paucioribus Codicibus confirmatæ.

II. *Omnia Remedia Hermenevtica* adhibenda sunt, considerandus *scopus*, circumstan-*tiæ Textus*, subjectæ materiæ natura, vocabu-*lorum proprietas*, loqvendi usus, &c.

III. *Expendendum*, qvid olim de hoc, aut illo loco statuerint *primitiva Ecclesiæ Do-ctores*.

Εκθεσις.

I.

Sic Matth. IX. 36. nihil refert, utrum legas ἐκλελυμένοι, an ἐσκυλμένοι, conf. B. Glasii Philol. S. p. 134. Potest ex utroqve vocabu-*lo sententia elici*, qvæ præsenti materiæ & scopo sit consentanea. Posteriorem lectio-*nem vexati* habet *Vulgata*, qvam seqvuntur *Pontificii omnes*, *Biblia Ar. Montani*, *Erasmus*, *Beza*, *Grotius*, conf. & B. *Gerhardum*, Comm. in Matth. Sed monet B. *Calov.* ad h.l. com-*muniter legi in Codicibus*, ἐκλελυμένοι, neqve temere ab illa recepta lectione esse rece-*dendum*. Hæcque sententia confirmari pot-*est ex eo*: *Henr. Stephanus contulit* 16. Codi-*ces MSS.* inter eos fuerunt tantum 6. qvi ex-*hiberent lectionem* ἐσκυλμένοι, 10. autem ἐκ-*λελυμένοι..* Deinde accedit ratio: (a) *Qvia-* hæc lectio consentit cum Scripturæ conve-*tudine*, qvæ cum in eadem, tum in simili ma-

teria, hac voce utitur. Matth. V. 32. Ebr. XII. 3. 5. (b) Hæc lectio maxime convenit cum similitudine, qvæ desumpta h. l. est ab ovibus errantibus, adeoq; defatigatis & langue scēntibus, eaque ad spiritualem animæ carentiam transfertur. (c) Ipse Scopus Christi hunc sensum requirit, eundemq; seqventia postulant.

2. Sic. Marc. VI. 20. in plerisque Codicibus legitur, εποιει, sed in nonnullis Exemplaribus reperitur ηπορει. Ubi merito prior lectio præfertur (a) Qvia plerique codices, patentibus omnibus, illam lectionem exhibent. (b) Q. omnes Versiones eam habent. (c) Illa lectio maxime quadrat ad præsentem locum. Heinsius in Exercitt. S. hic sibi novam fингit lectionem, audacia nunquam probanda in profanis, nedum in Sacris, sic enim lusus evadit ex Scriptura. Scilicet mutat ανθρας in ανθραι, hoc sensu: Et, ut ipsum audiret, multa faciebat, sive omnem dabat operam. Hæc lectio eadem facilitate rejicitur, qva affertur, qvia est contra omnium Codicum, Versionum & Patrum fidem. Deinde Heinsius nec Lingvæ Græcæ indolem observavit, non enim Græci ita loquuntur. Es wäre recht Küchen-Griegisch.

3. Sic in Codice Cantabrigiensi MS. Matt. XXI, 32. *Et non credidistis ei*, particula Non excidit. E contrario Matth. XVIII. 20. in verbis: *Sum in medio eorum*, particula Non est addita.



XII.
cum
vibus
igve.
aren.
christi
entia
odici.
mpla.
prior
dices,
exhi-
bent.
esen-
i no-
vam
, sic
mu-
osum
labat
reji-
nium
De-
blem
ntur.

Matt.
ex-
ver-
ad-
dita.

dita. Hic qvilibet intelligit erratum prorsus fortuitum, & corruptam lectionem, qvæ tamen turbare non potest, qvia in uno duntaxat Codice observatur.

4. Sic. I. Cor. XV. 51. Codices nostri habent: *Non omnes quidem obdormiemus, omnes vero immutabimur.* Alii vero Codices, teste Hieronymo, legunt: *Omnes quidem obdormiemus, sed non omnes immutabimur.* Latina Vulgata ita: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* conf. B. Glass. p. 130. In his tribus lectionibus videtur aliqua hærere difficultas, sed nulla ea est. Qvod enim attinet lectionem Vulgatam, illa nec olim reperta fuit in Codicibus, nec hodie reperitur, qvod fateatur Gvil. Estius, nec res ipsa quadrat. Lectio, cuius Hieronymus meminit, in paucissimis tum Græcis, tum Latinis Editionibus occurrit. Nostra autem Lectio extat in plerisque Codicibus Græcis, reperitur in versione Syria- ca, Arabica N. T. apud Antiquos Ecclesiæ Doctores plerosque, reqvirit eam collatio loci I. Thess. IV. 15. & h. I. vers. seq. Unde colligimus, nostram lectionem veram atq; genuinam esse, à Spiritu S. intentam. Conf. B. Walther. in Harmon. ad h. I.

5. Sic ubi dubius erat locus, I. Joh. V. 7. omnino provocandum fuit ad antiquissimos Autores, num seculo II. III. IV. ita lectum fuerit, uti in nostris Codicibus hodie legimus, & evictum est, *Tertullianum & Cyprianum*, Patres

A 5 an-



antiqvissimos hunc locum allegasse. Vid. B.
Gerhardi Dispp. Theol. p. 1300. sqq.

VIII.

Regula Erasmi, in dijudicandis variis lectionibus necessaria, corrigenda primum est, ac deinde applicanda, alias nec illa sibi constat, nec cum rei veritate consentit.

ēnθεσις.

I.

Regula Erasmi hæc est, ad 1. Cor. XV. 51. Qvoties Veteres fatentur, lectionem esse diversam, semper mihi *suspectior* (substitue *verior*) esse solet ea, qvæ prima specie videntur absurdior, ut consentaneum sit, lectorem vel parum eruditum, vel parum attentum, offensum absurditatis imagine, mutasse Scripturam. Conf. & B. Waltheri Harmon. Bibl. ad 1. Cor. XV. 51.

2. B. Dannhauerus in *Idea boni Interpretis* p. 188. secutus hanc Regulam Erasmi, in verbis corruptam, exposuit nobis dictum Joh. VII. 39. ubi plerique Codices habent hæc duntaxat verba ἔπω γάρ οὐ πνεῦμα ἄγιον. Unus atqve alter Codex legit seqventia etiam verba: εἰπ' αὐτοῖς δεδομένον, aliqui εἰπ' αὐτοῖς tantum addunt. Existimat igitur B. Dannhauerus, tutionem esse lectionem hanc cum additamento, eamqve à Johanne profectam. Nos contrarium hic tuemur, & dicimus, primam lectionem esse unice veram & germanam,

ex



ex hac ipsa regula, sed correcta. Nam lectores, vel scribæ offendebantur hac lectione. Procul dubio aliquis possessor glossematis loco hæc verba addidit, ne qvis in sensu erraret, conf. Reg. III. Et sic inter varias lectiones genuina debet statui, qvæ prima fronte absurdā videtur.

3. Act. XI. 3. legitur in secunda persona, *introiisti, & edisti cum illis.* Casaubonus variam in margine lectionem habet in tertia persona. At, qvi talia correxit, non fuit gnarus Græcismi, existimans, ὅτι non convenire verbo in secunda persona; cum ὅτι h. l. prorsus omittendum ab interprete, & ex Scripturæ usu sit, verba repetere in eadem persona, in qva Judæi ad ipsum Petrum locuti fuerant: id qvod non intellexit lector, aut imperitus scriba, ideo verba mutavit in tertiam personam.

4. Sic Act. XXV. 25. nostri Codices & MSti antiqui plerique ita legunt: *Ego comperi nihil, quod morte sit dignum, eum admisisse.* Hs. Casaubonus annotavit variam lectionem in margine, qvæ habet sensum contrarium: *Ego comperi, eum admisisse, quod morte dignum esset.* Sed nulla hic difficultas est. Cur scilicet aliam lector vel scriba h. l. finxerit lectionem, patet ex fine hujus versiculi, ideo ad Cæsarem eum mitto, ut judicetur: Putavit enim, hæc non posse simul stare, & hunc sensum debere esse affirmatum. Sed aliis, qvi contextum probe in-

spe-



spexerit, facile se hic expedire potest. Scilicet cum nihil morte dignum admississet Paulus, ideo mittendus erat ad Cæsarem, ad quem ipse appellaverat, v. 7. id ei denegare haud poterant.

5. Sic Act. XXVI. 3. plerique Codices legunt, μάλιστα γνώσην ὄντα σε, ubi præcedit in *Genitivo*, ἐπί σγ. Putabat procul dubio aliquis lector, orationem esse continuandam in *Genitivo casu*; itaque ille territus specie Solocissimi, inseruit Particip: εἰδὼς, Sciens, ita & sententia & Syntaxis evadit clarissima; in aliis vero Codicibus reperitur επισάμενος. At sine ulla causa. Freqvens enim atque familiare est Atticis, produobus *Genitivis* in designanda consequentia, duos ponere *Accusativos*. vid. B. Stolberg. *Exercitt. Græcae Lingue*, pag. 55. Subi inter alia luculentum hoc ex Demosthenè in principio *Orat. adversus Phormionem*, exemplum adducit: Δίκαια υμῶν δεησόμεθα, ἀκῆσται ήμῶν μετ' εὐνοίας, γνόντας, ὅτι θιάτραι παντελῶς ἐσμεν.

IX.

Itaque, nil obstante lectionum varietate, puritas integritasque fontium N. T. salva atq; illæsa manet.

I.

Quia variæ lectiones, de quibus hactenus actum, quæque incuria Scribarum natæ sunt, facile possunt corrigi, nec in iis ulla est difficultas.

2.



2. Q. præcipuæ lectiones variæ sunt, qvæ ab Hæreticis inventæ; sed eæ tam crassæ, ut manibus quasi palpari possint. Et Orthodoxi vigilarunt diligenter, ne invaderent omnes Codices.

3. Q. si quæ adhuc reperiuntur variæ lectiones, in qvibus occurrunt vocabula varii sensus, tam paucæ sunt, ut vix numerum conficiant. Vide lectiones variæ apud B. Glassum in Philol. S. p. m. 128 - 134. Sed pleræque nullius sunt momenti, de præcipuis jam mentionem feci. Cœteræ pertinent ad illum Canonem, ubi dixi, qvod Professores aliqua illustrationis gratia supra lineas posuerint.

X.

Quæ hodie recepta est VERSUUM N. T. DISTINCTIO, à ROB. STEPHANO excogitata, non caret nævis suis, multisque obnoxia est difficultatibus.

Prob.

I.

Ita Luc. XVII. 3. priora verba sunt refecanda, & referenda ad v. 2. *Cavete vobis.* Est enim quasi Epiphonema præcedentis sententiæ, qvia tam grave peccatum est, scandalizare unum ex pusillis.

2. Ita Act. II. 3. 4. male discerpitur oratio, dum in v. 3. non exprimitur ille, qvi dicitur

se-

sedisse super Apostolos, qvod repetendum
denui ex v. 4. Rectius igitur verba illa
fuissent conjuncta, ut sic prima fronte appa-
ret, Spiritum sanctum esse illum, qui sed-
dit &c. Apposite ad hunc locum B. Dorscheus
in *Comm. MS.* Non opus linguis pictis super
verticibus Apostolorum, nam illud *ex ag. 9. 10.*
frustra ad πῦρ trahitur, estque hic trajectio
subjecti, qvalis s̄epissime est. Post πυρē me-
rito debet esse punctum. Hinc recte Luthe-
rus vertit. Addit l. c. *Commoda sua habet di-
stinctio illa in versus, sed & sua incommoda.*

3. Ita Col. I. 20. laborant Interpretes, sed
res facilis est expeditu, si prius constiterit de
genuina distinctione. Hæserunt interpre-
tes, qvid sit, δι αὐτούς? *Vulgatus* omisit verba
in loco posteriori, putans, nil opus esse repe-
titione. *Vulgatum* correxit Laur. *Vallu* in col-
latione versionum, nec ipse tamen intelligebat
satis distinctionem Textus. *Erasmus* obser-
vat, omnes Codices eam lectionem exhibe-
re, nec tamen putat ea opus esse; Sed vero
magnam Emphasim habet, modo recte distin-
gvatur Textus. Versus 19. enim conjungi
debet cum vers. 20. & ita inchoandus: ὅτι εν
αὐτῷ usqve ad verba, εἰς αὐτὸν, & tum v. 20.
inchoandus à Particip. εἰρηνοποίος: ita δι αὐ-
τούς est 1. Emphaticum, 2. Exegeticum, ut quis
intelligat, ipsum esse, qui fuderit sanguinem
per seipsum.

4. Si-



4. Similiter Gal. IV. 12. apparet distinctio-
nis vitium, & Veteres eodem modo distin-
gvunt. Verum qvilibet intelligit, verba ult-
ima: *Nulla me affecistis injuria*, non pertinere
ad præcedentia, nec claudere versum 12. Sed
constituere initium versus 13. Sic omnia
bene fluunt, & optime cohærent. Unde haud
immerito conqueritur B. Brochmand. *Prolegom.*
in *Ep. Jac.* grande esse incommodum divisi-
onis istius, qvæ hodie obtinuit, qvod, qvæ
conjugenda essent, non raro se jungantur, &
se jungenda conjugantur: id qvod in *Pauli*
præsertim Epistolis deprehendi ait.

5. Sic. Apoc. I. 4. 5. 6. Etsi omnia attribu-
ta ad Christum pertinent, minus tamen in
verborum structura cohærent. Inde natæ
sunt difficultates, in qvibus superandis nimi-
um quantum sudaverint Interpretes. At di-
stinctione vulgata paulum immutata, diffi-
cultas omnis facile expirat. Post verba,
καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ χριστοῦ, ponendum est punctum,
eaqve cum præcedente quarto commate sunt
conjuganda. Versum *quintum* inchoamus
à vocibus, *οἱ μάρτυς οἱ πιστοί*, & finimus in vo-
cabulis, *τῶν βασιλέων Ἰησοῦ γῆς*. Qvæ restant,
& in vulgatis Codicibus alteram versus *quinti*
partem constituunt, cum seqventibus in v.
sextō componi debent, ita ut initium fiat Ver-
siculi 6ti in medio commatis vulgaris *quinti*,
à verbo *τῷ αὐτοῖς αντι*, qvæ nova senten-
tia produci ac continuari debet, usqve ad

yo-



vocem Αμήν. In fine cuiuslibet versus ob-
fensum respirandum paululum, sic congrua
est oratio, ac sententia planissima. Atqve
hæc distinctio jam priscæ Ecclesiæ Doctoribus
usurpata fuit, qvam Stephanus dum corrigere
voluit, corruptit. vid. B. Stolberg. de Solœcism.
p. 5. seqq. qvi inter alia addit: Illis me li-
bentius adjungo, qvi exigvam distinctiuncu-
lam mutari malunt, qvam ut vel Solœci-
smos tribuam sacris Scriptoribus, vel ipsa mu-
tem verba textus, aut orationem invertam
prorsus ac trajiciam. Ut enim Idem in Col-
leg. Hermenevt. MS. observat, ex minus accu-
rata versuum distinctione factum est, ut In-
terpretes omnia Solœcismorum esse plena,
clamarent.

Itaqve ad Hedibiam optime scripsit Hierony-
mus: *Est ceu commentariolus Sermo recte scriptus
ac diligenter distinctus.*

Cœterum de Versum in N. T. distinctio-
ne conf. B. Brochmand. Prolegom. ad Ep. Jac.
pag. 19. sqq. & Leusden. in Philologo Græco,
Dissert. III.

XI.

*Neque tamen ideo recepta hodie distinctio ver-
sum temere & ex levi causacum Hæreticis mu-
tanda est: quin potius Syntaxeos Grammatica
ha-*



habenda ratio, omniaque subsidia Hermeneu-
tica probe tentanda sunt.

Prob.

I.

Sic Marc. XII. 40. à plerisque Interpretibus statuitur Solœcismus, sed præter omnem rationem. Nam verba male referuntur à Beza ad v. 38. cum tamen constituant novam sententiam; Et doctrina de *Idiotismis* docet, particulam στος, ex Attica loquendi ratione redundare. vid. *Wysii Dialectologia*.

2. Sic illustre Exemplum est Joh. I. 3. 4. ubi veteres aliter distinguunt, & ultima verba versus 3. connectunt cum v. 4. h. m. *Qvod factum est, in illo vita erat.* Hæc distinctio olim maxime urgebatur ab Arianis, aliisque Hæreticis: quin & usurpabatur à Patribus orthodoxis in primitiva Ecclesia; vid. Chph. Sandius in *Interpretat. Paradoxa* ad h. l. Verum plerique, quos allegat, Patres omittunt saltem verba illa ultima, citantes versum tertium, quia ad illorum scopum non faciebant. Multi etiam Patres distinctionem nostram stabiliriunt & defendunt acerrime, in primis *Chrysostomus Homil. IV. in Joh. Epiphan. Her. LXIX.* num. 56. p. 778. seq. edit Petav. ubi diserte docet, sententiam esse continuandam per hæc verba: *Qvod factum est.* Et ut omnis tollatur dubitatio, mutat *Epiphan. Ver-*

B

bum



Bam in Particip. τὰ γενόμενα. Alias utra distin-
ctio h. l. genuina sit, ex rationibus Gramma-
ticis demonstrari non potest, quippe quæ
utramque admittunt, sed *Analogia fidei* mon-
strat, illam esse veram, quam habent Codic-
es hodie fere omnes. Scilicet additum,
quod factum est, ne & Spiritus S. inclusus esse di-
ci possit, quem *procedere*, non factum esse,
Scriptura afferit. Ethæc causa est, cur Hære-
tici, Divinitatem Spiritus sancti negantes,
hæc verba à versu 3. avulserint. conf. B. *Glaß.*
Gramm. Sacr. p. 731. Simul vero hoc exem-
plum monstrat, cavendum esse, ne Gramma-
ticas illas indifferentes & universales ratio-
nes torqueamus & vertamus in veritatis &
fidei analogiæ detrimentum, uti factum ab
antiquis Hæreticis, & hodienum à Socinia-
nis. Non enim videndum solum, quid fieri
posset, salvis regulis Grammaticis, idiotis-
mis atque usu loqvendi, sed potissimum, quid
fieri debeat, salva fidei analogia, & veritate
Theologica.

3. Ita ex Grammatica est clarissimum,
2. Tim. I. 8. & 9. male divelli. Grammatica
enim docet, Geniti: οὗτος & Genit. Participio-
rum cohærere per rationem convenientia,
& sic v. 8. & 9. est unus versus, sensusque
magis clarus evadit.

4. Ita 2. Petr. III. 2. reperitur locus, qui cru-
cem fixit Interpretibus. Si conferamus Vul-
gatam, magna ibi confusio & obscuritas. Sed

Græ-



Græci ipsi non potuerunt se expedire ex h. l.
quia ultima verba non satis conspirant, ide-
oqve bis repetierunt Præpositionem ὑπὸ, &
semel ἐντολῆς, ut sit : ὑπὸ τῆς τῶν Ἀποσόλων ἡμῶν
ἐνοιλῆς, ὑπὸ τῆς ἐνοιλῆς τῷ κυρίᾳ, &c. qvæ notata
linea inserta sunt à Græcis Interpretibus an-
tiqvioribus. Talis vero interpretatio non
tantum operosa valde est, sed & insolens atq;
inuisitata, & sic ex qvolibet fieri posset qvid-
libet. Conf. Oecumen. Comm, ad h. l. Ex ju-
nioribus Interpretibus B. Lutherus, Erasmus Be-
za, Piscator & Hugo Grotius faciunt trajectio-
nem verborum, scilicet : καὶ τῆς ἡμῶν ἐνοι-
λῆς τῶν Ἀποσόλων τῷ Κυρίᾳ, &c. Heinsius, qvi sem-
per aliis Interpretibus vult esse oculatior, im-
probat hanc interpretationem, & vocat trajectio-
nem liberam & inuisitatem; sed sibi con-
tradicit, qvando subjicit, à se non semel esse
probatum, reperiri ejusmodi trajectiones;
& nemo est, qui plures trajectiones sta-
tuat, qvam ipse, in suis Exercitationibus, si
aliter se non potest expedire, ad trajectio-
nes recurrit. Verum hoc loco vult, *textum*
aliter esse distingendum, ut ultima verba versus
secundi ab eo abstrahantur, & constituant
principium versus tertii, Domini & Salvatoris
hoc primum cognoscentes, &c. Qvod si jam secun-
dum rationes Grammaticas examinaveris
hunc locum, perinde fuerit, sive statuas tra-
jectiōnēm, sive seqvaris novam Heinsii inter-
pretationem. Si tamen velis esse certior de

hoc negotio, & qvalem intenderit Autor, alia
qværenda sunt remedia. Ex collato nimi-
sum Judæ v. 17. apparebit, nihil esse corri-
gendum in textu ; sed statuendam trajectio-
nem : sunt eadem ibi verba, sed aliter dispo-
sita. Tum & qværendum ex *Heinsio*, ubi le-
gatur hoc Christi dictum : Venient in diebus
ultimis Empectæ, qvod ostendere non pot-
est.

XII.

*Qvod de Versiculis dictum, idem de reliquis
DISTINCTIONIBUS MINORIBUS, per
commata, cola, puncta, interrogaciones, paren-
theses, intellectum volumus. Et in his, quia
non authenticæ sunt, multi compositionis &
divisionis defectus crebro deprehenduntur.*

Ex Æterio.

I.

Antiqvi Codices vel raro, vel nunquam
distingvunt, ex qvo defectu nata est
magna diversitas apud diversos Interpretes,
Græcos, Latinos, Syros, Arabes, qui vel Co-
dices habuerunt, qvos sequerentur, vel suo
interdum judicio usi sunt. Non puto, exta-
re in rerum natura antiqviorem N. T. Co-
dicem, qvam ille in Anglia, *Alexandrinus*
vocatus, qvia Alexandria deportatus Con-
stantinopolin, & à Carolo I. Rege Angliæ em-
bus,



bus. Conscriptus ille est manu Theclæ, fœminæ Ægyptiacæ celebris & nobilis circa tempus Concilii Nicæni, vel seculi IV. initium. Hic autem codex fuit correctus & recensitus ab Hesychio, & exaratus est literis majoribus (vocantur alias literæ Jonicæ) sine ulla notis sive spirituum , sive accentuum. Et monumenta profana, quo antiquiora, eo minus instructa his notis sunt. In primis vid. marmora, quæ *Seldenus* edidit, ubi nulla est distinctio, nec accentus. Et, quod nec *Irenæus*, nec *Hieronymus* habuerint Codices Græcos distinctos per cola, commata, &c ex ipsorum Scriptis probari facile potest. *Hieronymus* in Epist. ad Hedibiam explicat Marc. XVI. 9. Fuere multi, qui à. v. 9, usque ad finem omnia resecuerunt, quasi non essent Marci, videbatur autem hic pugna inter Marcum & Matthæum esse ; sed informat *Hieronymus* Hedibiam, & conciliaturus Marcum cum Matthæo, distinguit textum. Itaque antehac non erat distinctus. Similiter *Irenæus* Lib. III. c. 7. de locis quibusdam N. T. distinguendis laborat, idemque, quando locum aliquem tractat, semper prius distinguit. Putamus autem Apostolos, dum voluere suos auditores informare de rebus fidei, & magni momenti, distinxisse sua scripta, sed librarios omisisse ob remoram in describendo.

2. Sic Luc. XIII. 34. distinguitur vulgo in Græcis & Latinis editionibus ut post voluisse ponatur Signum interrogandi: etiam in accurata editione *Is. Casauboni*, & *Henr. Stephani* sed ponendum fuit post Vocab. *τρεπυας*. Nam partic. *καὶ* h. l. non copulativa, sed adversativa conjunctio est, & sententia nova, priori opposita. Conf. Matth. XI, 19. fin. *Sed justificata est Sapientia &c.*

3. Sic Joh. XIV. 1. distinctio quoque corrigenda est. In DEum, hic ponitur in omnibus Codicibus comma, sed ponendum (?) & sic sententia manifesta est, & in sequentibus confirmatur. Interrogatio haec habet eandem vim, ac si diceretur: Si creditis in DEum, etiam in me creditis. Et exempla hujusmodi interrogationum & subjectarum responsionum extant multa in Codice N.T. conf. 1. Cor. VII. 18. 21. 27. ubi recte per interrogationem fit distinctio.

4. Sic Joh. XIV. 2. distinctio efficit, ut pauci caperent veram illius loci sententiam Verba Christi: *Vado, preparare vobis locum, accipiantur per mimesin*, quasi hoc voluisse Christus: Si non ita esset, ego abirem, ut prepararetur vobis locus. Verum h. l. Mimesis non est, potius post verba Christi: *Dixisse vobis, punctum ponendum, & sensus finiendus.* Tum de novo incipiendum: *Vado &c.*



XIII.

*Etsi vero à receptis interpunctionibus rece-
dere, interdum necessarium esse judicamus;
cavendum tamen, ne propter quasvis difficultates,
in oratione primo intuitu apparentes, temeraria fiat mutatio,
sed ut prius omnia interpretandi remedia tententur, quam distinctio-
num correctio instituatur.*

Ἐκδεσις.

I.

*Sane distinctio, in Codicibus nostris rece-
pta, apud omnes priscæ Ecclesiæ Doctores
reperitur, adeoque temerarium foret, talem
distinctiōnēm pro lubitu & sine gravi causa
mutare. Vid. B. Stolberg. Tract. de Solœcismis,
p. 340.*

2. Improbans itaque *Hæretorum* conatus, qui sibi plus justo in corrigendis receptis distinctionibus indulgent, & pro arbitrio suo mutant quævis, quo suam eo facilius hypothesis tueri, aut Adversario minium ægre facere possint. In hac arte excellunt *Sociiani*, qui ex quolibet faciunt quidlibet, ut argumenta Orthodoxorum, ex Scripturis eruta, enervant atque eludent. Ipsorum enim Theologia non positiva est, sed destructiva, dum id tantum operam dant, illud dictum, ex quo Orthodoxi hunc elicunt sensum, etiam alium admittere, & cum non possint

B 4

Ad-

go in
luiſſi
n ac.
rphani
uyas.
d ad.
nova,
. Selcor.
mni-
n (?)
enti-
haber
tis in
mpla
arum
N. I.
r in-
pau-
riam
acci-
uisse
præ-
nēsis
xissim
hien-
&c.

XIII.



Adversariorum argumenta refellere, ea tam
en eludunt, nunc schemata fingunt & fi-
guras, nunc distinctiones solicitant, ut osten-
dant, locum illum admittere plures sensus,
qui vero sensus sit genuinus, illorum non in-
teresse.

3. Ita probant Nostrates ex Luc. XXIII. 42.

43. Statum animarum beatum post mortem.
Sosiniani receptam Codicum omnium distin-
ctionem mutant, & comma post vocabulum
 $\sigma\eta\mu\epsilon\rho\nu$ ponunt, vertuntque in versione sua
German: Ich sage dir heute/ du wirst mit mir...
Respond. (a) Si urgenda Codicum antiquitas,
quæ negligenda minime est (nam; qui di-
stinxerunt, fuere pii veteres, & lingvæ Græ-
cæ gnari,) omnes, qui distinctiones exhibent,
habent nostram distinctionem, & designa-
tionem temporis referunt ad sequentia, non
ad præcedentia. Cum MSS. consentiunt ex-
pressi Codices. (b) Beza observat, in uno
Codice ante vocem $\sigma\eta\mu\epsilon\rho\nu$ esse $\circ\tau i$, qui mo-
dus loquendi Scripturæ usitatus est. Sed
unius Codicis autoritas tanta esse non potest,
& statuo de illo Codice, voluisse aliquem
monere pius lectorum, vocab: $\sigma\eta\mu\epsilon\rho\nu$ au-
sequentia referendum esse. (c) Sic legit &
distingvit Syrus Interpres, omnes Codices
Latini, & Vulgata versio, ac Latini Patres.
(d) Argumentum, ex Textu desumptum, hoc
est: Responsionem Christi omnino conve-
nire debere petitioni latronis, v. 42. illa ve-



ro habet qvandam temporis designationem,
óταν enim est adverbium temporis. Fortio-
ra argumenta peti possunt ex fidei analogia,
qvando multo clariora dicta exponunt no-
bis statum animarum piarum beatum, Luc.
XVI. 22. 23. Phil. I. 23. 2. Cor. V. 8. &c. Ex
qvibus locis patet, distinctionem nostram es-
se Christi verbis convenientissimam (e)
Quando nos dicimus, qvi loquitur, eum, dum
loquitur, hodie loqui, itaqve istum προσδιο-
ρισμὸν esse vanum atqve inanem, respondet
Schmalzius, esse modum loquendi Hebrai-
cum, ubi, cum aliqvid memorabile dicere
volunt, addant, Dico tibi hodie. Verum Re-
gula hæc falsa est cuius generis plurimas apud
Socinianos deprehendas. Sic Matth. V. 18.
VIII. 10. XXVI. 34. Joh. III. 5. 11. singula-
ria & memorabilia proponuntur, nunquam
tamen illud *hodie* additur. Locum nostro pla-
ne similem videoas Luc. XXII. 34. ubi *hodie* in
sermone Christi certum tempus significat :
DICO TIBI, Petre, non cantabit HODIE gal-
lus &c. Putat quidem *Schmalzius*, regulam
datam stabiliri ex Devter. XXX. 11. 15. 18.
XXXII. 46. ubi Moses ad populum Judaicum:
Præcipio tibi hodie, & particula hæc notat
tempus, pro more usitatissimo, q. d. Hoc
præsenti tempore omnia vobis exponere vo-
lo, & sic omnem elabendi præcludit occasio-
nem, se nescivisse, qvid Deus voluerit. Di-
cunt Socinn: σήμερον; perinde ut ■■■■■ per

Hebraismum non significare tempus tan-
tum, sed etiam idem esse ac certo, ut sit ad-
verbium asseverandi. Affert Schmalzius Hof.
IV. 5. Sed ibi opponuntur וַיְהִי & הָיָה,
& ex opposito apparet, illud significare in-
terdiu, hoc noctu. (f) Eqvidem & multi
veteres distinxerunt cum Socinianis, neque
hoc mirum, nam fuerunt inter eos, qui sta-
tuerunt, animas piorum non admitti in ca-
lestem paradisum ante universalem resurre-
ctionem, sed in aliquo loco apud inferos
morari, Conf. *Justini Martyr.* Dialogum cum
Thryph. Interim non omnium Patrum hæc
fuit sententia, ut volunt Pontificii, vid. *Sixt.*
Sen. Biblioth. S. Lib. VI. ad ann. 345. quos
refutavit *David Blondellus* Lib. II. de Sibyllis,
c. 33. 34. Meretur legi de hac sententia *Joh.*
Dallas de Cultu relig. L. III. cap. 22. Id. de
Pœnis & Satisfact. L. V. c. 3 - 6. Conf. *B. Ca-*
lov. Bibl. Illustr. ad Luc. XXIII. 43.

4. Similiter Apoc. XIV. 13. depravatum
à *Socinianis*, quia ipsorum sententiæ obstabat
Tria potissimum in hoc loco veniunt nota-
da: 1.) Distinctio vocum; 2.) vox ἀπάρτι quid
significet, & quomodo scribi debeat 3.) Ille
τῷοσδιορίσμος, εν Κυρίῳ. Quod ad 1.) Vulga-
tus sententiam finit post ἀποθνήσκοντες, quem
seqvuntur Pontificii, ne ignis purgatorii ex-
tingvatur. Sed Græci distingvunt post vo-
cabulum ἀπάρτι, & seqventem sententiam
incipiunt à partic: vñ, certe dicit *Spiritus*. Et
hac



hæc distinctio omnino retinenda, qvæ re-
 peritur apud omnes Græcos. Tum & parti-
 cula *vñ* semper inchoat sententiam, nullibi
 nisi ab initio ponitur. Conf. de usu parti-
 culæ *vñ* *Jac. Revius* in Notis ad Laur., *Vallæ*
Collat. N. T. in fine Apocal. & *Casaubon.* in No-
 tis parvis ad Matth. XV. 27. Nota: Apocal.
XXII. 20 *vñ* prius vim asseverandi, sed po-
 sterius obsecrandi vim habet. 2.) Aliqvi
 malunt scribere ἀπάρτι cum acuto, ita *Hein-*
sius in Exerc. ad Matth. XXVI. 64. Sed le-
 ctio ejus contraria est consensui omnium
 Codicum, qvi distincte legunt, & accentum
 habent in penultima. Qvaritur vero, quid
 sit ἀπάρτι secundum Heinsium? Respondet,
 certo, plane ac disertè. Et Matthæi l.c. mu-
 tat receptam distinctionem, nam partic.
 ἀπάρτι refecat à verbo *videbitis*, & conne-
 cit cum præced. *Dico vobis certò, videbitis* &c.
 Ἀπάρτι exponitur à Græcis ἀκριβῶς, accurate,
 item ἀπηρτισμένως, perfectè, plenè, Verum
 sic non valebit particula in loco Apoc. cum
 plene & perfecte beata anima non sit statim
 post mortem, sed ubi redunitur cum corpo-
 re. Dispiciendum etiam de loco Matthæi,
 in quo omnes Græci & Latini ἀπάρτι ad se-
 quentia referunt. Habemus locum paralle-
 lum *Luc. XXII. 69.* ubi ἀπὸ τῆς νῦν non potest
 divelli à seqventi, & connecti cum præce-
 dente. Ex qva collatione apparet, non de-
 buisse Heinsium tam præcipitis esse ingenii,

ut



ut talia auderet contra communem omnium Codicum consensum. Sane hujusmodi audacia non toleranda in profanis, neminem in Sacris. Qvæ causa, cur Critici adeo invisi sint, qvia omnia audent, omnia transponunt. 3) Quæritur de isto προσδιορισμῷ, quid sit, *in Domino mori?* Beza per Hebraicū exponit ἐν, propter, ut sæpe et apud Hebreos, de iis, qui per martyrium moriuntur. Sed qvod de omnibus piis sermo fit, patet ex textū. Conf. B. *Dorscheus* P. I. Theol. Zachar. pag. 73. 74. & B. *Feurborn*. Opp. Theol. p. 711 seq.

5. Addo locum Rom. IX 5 ubi Photiniani textum corrumpunt, & punctum aliquod ponendum volunt post vocem σαρκα, ita ut subsequentia per exclamationem referenda sint ad DEum Patrem. Verum 1.) constans omnium Codicum lectio repugnat. 2.) Scopus Apostoli est, gentis Judaicæ dignitatem in Christo quam maxime evehere. Quod ut feliciter præstet, Christum non tantum hominem esse monet, sed & DEum super omnia benedictum. 3.) Adversatur limitatio adjecta, τὸ κατὰ σαρκα. Quæ enim foret necessitas dicere, Christum secundum carnem a Patribus esse, si nudus homo foret? Vid. pluribus B. *Brockmand*. System. Theol. I. p. 159. edit. in 4to, & B. *Jac. Weller*. Comm. ad Rom. p. 536. sq.

6. Ne



6. Nec eorum etiam labor probandus, qvì
in causa eqvidem bona hac abutuntur liber-
tate, & interpunctionem temere mutant,
saltem ut ægrè faciant Adversariis veritatis.
Notum est, *Pontificios* inter alia ex 1. Tim. III.
15. probare velle, Ecclesiam esse infallibilem.
Hic Joh. Camero in *Myrothecio*, ut sententiam
Adversariorum eo facilius everteret, rece-
ptam distinctionem mutavit, & hæc verba:
τύλος καὶ ἐδραιώμα ἀληθείας, rescindit à. v. 15.
& conjungit cum v. 16. Eandem distinc-
tionem habet quoqve *Gatakerus*, in *Cinno*, p. 399.
Fr. Schmid. Comm. h. l. Sed non est necessa-
ria hæc distinctio; & suas habet difficulta-
tes. Conf. B. Dannbauer. *Hermen.* S.p. 149. Et talia
præbent scandala Adversariis, qvando vident,
nos in angustiis mutare quædam, ut tantum
elabamur. Ecclesia igitur dicitur *funda-
mentum*, non *active*, qvod ipsa veritatis divi-
næ doctrinam sustentet & conservet, sed *pas-
sive*, qvod Ecclesia sustentetur & fulciatur ab
hac veritate, ipsaqve super hanc nitatur veri-
tatem. Ita explicat B. Seb. Schmid. *Colleg. Bibl.
posterior.* p. 301. sq. & hæc loquendi ratio non
nova, sed usitata est, etiam apud Profanos.
Nomina enim in μα à 1. Præter. Passivo si-
gnificationem habent Passivam, ut: ποιῶ in
genere significat, facio, iu specie, facio ver-
sus, inde ποιητής, in 1. Præter. Pass. est πεποι-
ημα, hinc, ποίημα, quod est carmen produ-
ctum. Ad eundem modum ab ἐδραιόμας
Pas.



Passivo est ἐδραιώμα, qvod notat effectum actione verbi significatum: ἐδραιώσις est stabilitio, firmatio, ἐδραιώμα, stabilitum, firmatum, & sic patet passivus sensus. Vid. fuis de hoc loco B. Dorsch. Theol. Zachar. P. II. p. 68 seqq. & confer Appar. meum in Prælim p. 17.

7. Unicum è Nostratibus addam exemplum novitiae distinctionis. De loco Act. XIII. 48. dextre explicando multi laborarunt, & alii quidem alio modo nodum solvere conati sunt. Conf. B. Frantz de *Interpret. Script. Orac. I.* qui observat, hunc locum multos torsisse nostratum Theologorum. At B. Joh. Saubertus Disp. pecul de anno 1671. quam inscripsit, *difficiliorum Scripturarum locorum Trigam*, omnes illas, quas Calviniani objiciunt, difficultates, uno quasi halitu difflare conatur, dum receptam interpunkcionem mutat, & post τελαγμένοι ponit comma, ut ita ἐπίσευσαν & eis ζωὴν αἰώνιον cohaerant. Verum utut per illam mutatam distinctionem tollantur dubia prisca, per eandem tamen invehuntur nova, priscis non minora. Nam πισένειν εἰς ζωὴν αἰώνον idem esse, ac credere vitam æt: alienum prorsus est à genio lingvæ sanctæ. Objicit Saubertus, reperiri in antiquis fidei Symbolis, Credere in Ecclesiam, in resurrectionem mortuorum, quod idem sit, ac confiteri, Ecclesiam &c. esse, conf. Gataker. in Cinno, p. 383. B. Meissner, in Exam. Catech. Palat. p. 839. Verum non placet phrasis, quia est obnoxia calumniæ, usus Scri-



Scripturæ prorsus eam ignorat, eandem Græcia antiqua prorsus ignoravit, & Seculo demum IV. orta est, ubi non habetur autoritas Græcæ Linguæ classica. Non poterant latere *Saubertum*, quæ contra illam interpretationem objici possent, quare aliam quærit exceptionem, nempe non insolitum esse, si quis dicerer, *eis* redundare per communem regulam, ut alibi, ita & h. l. sit pleonasmus Præpos. *eis*. At communis illa regula non exstat in Scriptis Grammaticorum Græcorum, nec usus eam probare potest. Deinde *Saubertus* verbum *τάσσεσθαι* exponit per *convenire*, *congregari*, h. m. Crediderunt, qvotqvot convenerunt, ad vitam æt. Verum considerandum, qvomodo probet *Saubertus* hanc verbi *τάττομαι* significationem? Certe Grammatici & Lexicographi eam ignorant, estque merum figmentum. Recipit se more solito ad Hellenistas, i. e. LXX. qvī Ex. XXIX. 43. Hebr. Pass. נְעָר convenire, congregari certo loco & tempore, exposuerunt per *τάττομαι*, unde concludit *Saubertus* pro sua interpretatione, ut *τάττομαι* significet congregari. Verum, si hoc procederet, multa absurdâ colligere possem. e. g. in V. T. LXX מִין verterunt sâpe per σῖνος. Ergo vinum est aqua. Item alibi pro בֵּין vallis LXX. habent ὅρᾳ. Ergo mons est vallis. Et Lev. XIII. est חַמֶּד, LXX. habent ὁρᾳ. E. asinus est desiderium. Ex quo potest judicium

um



um ferri de omnibus, quæ peti solent
Lingua Hellenistica. Tum & LXX. l. c. ha-
bent notionem non *congregandi*, sed *præcipie-
di*. Et qvia huic sententiæ ipse *Saubertus* ha-
multum videtur tribuere, mox aliud exco-
gitat, & dicit, *τασσεσθαι* significare, milite
in acie disponere, qvod verum est, & iis
propria vocis hujus significatio. Itaque ver-
tit, *quotquot erant collocati ad audiendum verbum*
sed resp. maxime differre hæ duo, dispo-
ne in acie ut milites, & convenire ad audi-
endum verbum. Et hanc interpretationem
prorsus deserit, & qværit novam, vertendo
Quotquot erant instructi & informati. Sed *τασ-
σεσθαι* significat quidem instruere, si de mi-
litibus sit sermo, minus vero, si de doctri-
na adhibeat, ut significet instructionem
sive informationem doctrinalem. Deinde
dimittит novam distinctionem, & alia ra-
tione cupit satisfacere Calvinianis. 1.) Si
exponit: Crediderunt, quotquot erant con-
gregati propter vitam æternam. Verum
lud congregari hic non extat, ut supra di-
ctum. 2.) vertit, crediderunt, quotquot eran-
t in instructi ad vitam æt. R. Instructionem
non significare informationem doctrina-
lem, sed militarem, quando milites in cer-
tas series ordinantur. Postremo concludit
Saubertus, h.l. varias admittere significationes
uti vel ex suis patet, ideoque non posse ad-
duci ad probandam doctrinam fidei contro-
ver-

versam. Ast hæc perpetua Socinianorum sententia est. Sic Joh. VIII. 48. 56. quando probamus Filii DEI existentiam ante Abramum, Socinn. excipiunt ad h. l. eum admittere varias significaciones, & non posse adduci pro dogmate controverso, orationem exponi posse conditionaliter, verba simplicia pro compositis, &c. Si talia valerent, Scriptura nulli nobis usui esset. Faciunt idem Arminiani, Pontificii, &c. Verum id minime placet, quia periculosum est, & nostræ orthodoxiæ maxime pernitosum. Est etiam Cocceji hæc methodus, qui in scriptis suis Exeget. id passim urget, posse hunc locum alium atque alium sensum admittere, & sic nullum Scripturæ dictum ad probandam fidei doctrinam conducet. B. Seb. Schmidius, *Fascic. Disp.* p. 1036. sq. quando novam hic defendit distinctionem, multo subtilior est Sauberto, dum *eis* non vertit per *in*, sed per *ad*, ut sensus sit, quod fide consequamur vitam æternam, quæ interpretatio plane convenit cum fidei Analogia, & cum usu Scripturæ, Conf. Rom. X. 10. ubi *credere ad justitiam*, est, fide consequi illam justitiam. Interim nihil nobis nascitur per istam interpretationem, quia cardo controversiæ vertitur in particip. τεταγμένοι, cum Calviniani obtendunt, DEum ex absoluto decreto quosdam ordinasse, ut crederent. Interim B. Schmidio communis nostrorum interpretatio

C non



non per omnia placet, pag. 1031. existimat enim, duas adhuc relinquendi difficultates, 1.) durum videri, non nominari causam agentem, sive quis ordinaverit? 2.) τεταγμένοι dici, qui ordinem servant & sequuntur. Utriusque dubii eadem est solutio: scilicet distinguendem inter Participia, sumta participialiter & nominaliter. Posteriori sensu dicimus sumi τεταγμένοι, ubi perit causa agens & notatio temporis quod requiritur utrumque, ad Participium, sensu participium sumtum. Sunt igitur τεταγμένοι nominaliter sumti, qui ordinem tenent & observant. Nam usitatissimum est apud Sacros & profanos, ut participia tam passiva, quam activa fiant nomina. Sic Gal. II. 11 posset queri, a quonam Petrus fuerit damnatus, & quando? Verum κατεγνωσμένος omnium Interpretum consensu ponitur in significacione nominis, erat condemnabilis. Ita Ebr. VII. 26 κεχωρισμένος adhibetur in sensu nominali. Si quereret quis de causa agendi & tempore, sequeretur, Christum in principio fuisse coniunctum cum peccatoribus & peccato inquinatum. Ergo sumitur pro statu semper enim fuit sanctus & purus. Ita I. τεταγμένοι sunt, qui in statu & pro tempore hodierno sunt ordinati. In re parum differt a nostra Seb. Schmidii sententia. B. Calevius in Bibl. Illustr. hunc sensum reddit: Crediderunt, quotquot erant ordinati



sive, quicunque præscriptam à DEO in sa-
cris Literis mediorum ταξιν, servant & cu-
stodiunt. Breviter & nervose B. Mentzer.
To. I. Opp. pag. 959. Crediderunt, &c. Siqui-
dem hunc mediorum salutis ordinem DEUS
ipse constituit, ut fidem dare velit Evan-
gelium audientibus, non autem illud con-
temnentibus.

XIV.

*Idem similiter de SPIRITIBUS & ACCEN-
TIBUS Græcis N. T. observandum, ne quic-
quam temere mutetur, nec recedatur à rece-
pta & per tot secula communi plerorumque Co-
dicum ac Doctorum consensu confirmata accen-
tuum & spirituum notatione citra rationes ur-
gentes, sed maneatur intra Analogiam fidei,
cæteraque media Hermeneutica.*

Ἐκθεσις.

I.

Olim quidem, cum nullæ accentuum no-
tæ cognitæ essent, frequentissimæ &
difficillimæ de Veterum scriptis oriebantur
controversiæ. Postquam vero Aristophanes
Byzant. annis ante C. N. fere 200. peculiares
excogitavit adscripsitque vocibus accentuum
notas, ejusque institutum secuti sunt alii,
orationis Græcæ ambiguitas temporis suc-
cessu sublata est. Interim dum alii novum
Aristophanis inventum observabant, alii è
contrario per multa secula antiquam scri-

C 2

ben-



bendi morem retinebant, & propterea uniusdemque Autoris monumenta diverso diversis exarata modo extabant, haud raro dubitatum ac disceptatum est ab Interpretibus de genuina accentuum sede, ac Scriptoris propria mente. Quin & scribæ aliquando, præsertim minus eruditæ, permutarunt inter se spiritus, accentusque trajecerunt, de qua re postmodum ortæ sunt lites inter Sacrarum literarum Interpretes.

2. Ita Matth. I. 21. plerique Codd. habent $\alpha\upsilon\tau\tilde{\gamma}$, & Curcellæi Codex $\alpha\upsilon\tau\tilde{\gamma}$; sed plurimum Codicum consensus hic præferendus est, ex ipsius rei & materiæ subjectæ conditione. Etiam v. 24. plerique Codices habent $\alpha\upsilon\tau\tilde{\gamma}$, nonnulli $\alpha\upsilon\tau\tilde{\gamma}$.

3. Ita Matth. III. 16. $\epsilon\pi'$ $\alpha\upsilon\tau\tilde{\gamma}\nu$, quæritur, an sit relativum, an reciprocum Christi? Codices habent relative, $\epsilon\pi'$ $\alpha\upsilon\tau\tilde{\gamma}\nu$, sed Vulgatus legit reciproce in suo Codice, eodemque modo Augustinus, $\epsilon\phi'$ $\alpha\upsilon\tau\tilde{\gamma}\nu$. Sed lectio in nostris Codd. est communior & omnino vera, quæ probatur ex Joh. I. 32. ubi clare habetur, quis viderit Spiritum descendenter & super quem descenderit.

4. Insignis locus est Col. I. 15. ubi Christus vocatur $\pi\varrho\omega\tau\tilde{\tau}\omega\kappa\sigma$ omnis creaturæ, sive rei creatæ. Olim abutebantur Ariani hoc dicto, & inde concludebant, Christum esse meram creaturam, similiter hodie & Sociniani. Erasmus cum animadverteret hunc nodum, nec-



tamen posset solvere, maluit scindere, & puit, accentum esse mutandum, ita ut πρωτόκος scribatur, non πρωτότοκος. Ut enim Θεόκος est quæ peperit DEum, Θεότοκος autem est ille, qui natus DEus est; Sic h. l. voluit, Christum non dici πρωτότοκον, passive, qui primus genitus, sed πρωτητόκον active, scilicet qui primus omnia fecit, quæ interpretatione cum seqq. videtur maxime conveniens. At vero 1.) reperitur nullus Codex, sive expressus, sive MSS. qui aliam accentuationem exhibeat, neque id objecerunt Ariani, quod scilicet exstaret in nostris Cod. πρωτοτοκος; quod tamen semper faciebant, si quid eorum obstareret sententiæ, tanquam mutatum & corruptum. 2.) Etiam verbum τίχειν nusquam reperitur de creatione. 3.) Neque lectio vulgaris obest orthodoxis. Bene vertit Megalander: Der Erstgebohrne von allen Creaturen/ i. e. qui prius genitus est, quam ulla creatura fuerit, i. e. ab æterno, utpote per quem deinde dicuntur omnia creata. Eodem ordine agit Johannes, c. l. I. 2. Veruntamen ex Calvinianis Joh. Camero Myrothec. ad h. l. rejicit hanc interpretationem, quippe quæ nodum non solvat, tum & quod principium petat. Sed nondum apparet, quomodo id probare velit. Exposuerunt ita h. l. Græci Doctores, quibus indoles Græcæ orationis non potuit esse incognita, quin & Hesychius & Suidas in suis Lexicis sic construunt,

quasi accipiatur pro πρότερον, prius, scilicet quod sit prior omni reliqua creatura genitus. Conf. B. Dorschæus in Theol. Zach. p. 274 seq. ubi recte observat, πρῶτος h. l. valere idem, ac πρότερος, & capi respective, itaque usitatum esse in sacris & profanis. Sed non attingit recte controversiæ statum. Haud enim quæritur, an πρῶτος significationem συγκριτικὴν habeat in simplicibus, quando absolute ponitur, id quod nemo negat, conf. Joh. I. 15. 30. Sed an eam etiam in compositis retineat, & construatur quoque cum Genit. relativo? Probari id potest ex verbo πρωτοβαθρέω, quod à LXX. usurpatum, quia nobis res est cum Socinn. qui urgent linguam Hellenisticam, idemque construitur cum Genit. valetque hic πρότερον, in respectu ad alios, & significat alium super alium collicare. Obvertit Piscator ad h. l. τίτην non esse patris, sed matris, adeoque hic de æterna Filii DEI generatione agi non posse. Sed Piscator in omnibus lineis crepat Ebraismos N.T. Itaque respond. esse Hebraismum nam יְלָךְ significat utrumque, gignere & parere. Conf. Hackspan. acerrimus Hebraismorum defensor, Nott. ad Matth. I. & Kircher Concordant. Sic Jacob dicit ad Isaacum: Ego sum Esau, πρωτότονος σγ, Gen. XXVII. 19. Ita καὶ ἀνθρώπον. Sed καὶ ἀλήθεια respond. γεννᾶν & τίκτειν apud Oratores, Poetas, Historicos tribuitur & maribus & fœminis



nis. Verum quidem, γεννᾶν primario usurpatum esse de maribus, τίκτειν de fœminis, interim & promiscue adhibetur utrumque vocabulum. vid. L. II. Iliad. v. 741. Hesiod. in Theogn. v. 889. Porphyry. c. I. Isagog. & Apollod. in Bibliotheca. Habemus proximum exemplum ex Literis S. Hebr. I. 6. ubi dicitur πρωτότοκος non resp. nativitatis ex Maria, sed æternæ generationis, quia ita appellatur, antequam assumpsit H. N. Dispiciendum nunc, quid novi afferat *Camero*? Fingit h. i. Metonym. Antec. pro Conseq. Ante eum etiam Piscatori hæc placuit interpretatio, & B. Glassio Philol. S. p. 61. qui Regulam peculiarem fecit, quod primogenitus vocetur, qui in suo genere excellit, & præcipuus est. Libenter hæc arripiunt Socinn. atq; ita etiam Grotius exposuit. Verum non placet hæc sententia 1.) Q. peccatur in generalem Regulam Hermenevt. qua prohibemur recedere à proprietate sermonis citra gravem & urgentem causam. Metonym. antec. pro conseq. est tropus. 2.) Nondum satis probatum est, בכור significare immediate Principem ac Dominum. *Camero* adducit Ps. LXXXIX. 27. sed ille de Christo agit. 3.) Accedit, quod primogenitus fuit quidem princeps & præcipuus inter fratres, sed non alterius naturæ. 4.) Nec Socinn. negant, sed potius vindicant Christo aliquod dominium divinum.



5. Est locus obscurissimus & difficilimus
Marc. XI. 13. cur Christus damnaverit arbo-
rem, quod non haberet *ficus*, cum non fue-
rit tempus maturum. Misere hic se torse-
runt & fatigarunt Interpretes. *Heinsius* igi-
tur omnes difficultates uno flatu diispellere
voluit, mutato accentu, spiritu, & recepta
distinctione. Nos legimus : & γαρ οὐ καὶ
σύνων. *Heinsius* vero & mutat in ε̄, adverbi-
um negandi in adverb. loci, post οὐ poni
comma ; tum, καὶ τοὺς σύνων, scil. οὐ, in dem
Lande / da IESUS war / war es gut Feigen, Zeh.
Heinsius merito audaciæ accusatur à B. Calovis
in Bibl. illustr. & Seb. Schmidio in Fascic. Disp.
neque enim ullus datur Codex, ubi aliquod
ejus vestigium exhibeat ; neque etiam Pa-
tres sive Græci, sive Latini aliter citant hoc
dictum, ac in nostris Editionibus extat. vid.
de sensu dicti pluribus, l. c.

6. Ebr. I. 3. itidem lectio varia est, qua ali-
quam parit difficultatem : an αὐτὸς legendum
sit relative ad Patrem, an reciproce ad Christum?
Hugo Grotius putat, legendum esse αὐτὸς, ut
abo potentiae ejus, quia sic scriptum legitur in qui-
busdam Codicibus. Respond. à plurimo-
rum Codicum communi consensu, cœteri
paribus, si nulla alia causa urgeat, non esse
recedendum : Habemus vero hic plurimos
Codices consentientes, &, quos laudat *Gro-
tius*, pessimæ sunt notæ. Tum &, ut eadem
est essentia Patris & Filii, ita etiam eadem est

po-



potentia. Quando Christus Joh. X. 30. ait,
Ego & Pater unum sumus, intelligunt Sociniani
 non ratione essentiæ, sed potentia, & sic
 seipso confodiunt, nam ab hac ad illam
 colligere licet. Adeoque Grotius fuit frustra,
 quando gratificari voluit Socinianis. Quod
 attinet Cyrilli autoritatem, objectam à Grotio,
 possumus nos easdem autoritates objicere
 ipsi & antiquiores. Nam Chrysostomus legit
 autr̃, qui est antiquior, & similiter Theodore-
 tus, qui æqualis fuit.

XV.

*Lectio vocum originalis haud temere so-
 licitanda est.*

I.

Ita Matth. XIX. 24. pro *camelo* quidam substi-
 tuunt funem crassum, quo utuntur nau-
 tæ ad projiciendas anchoras. Castilio auda-
 cter vertit rudentem, & urget in Notis con-
 venientiam majorem inter funem & acum:
 Resp. 1.) Vocab. Κάμηλος apud Græcos unam
 tantum habet significationem, & animal
 gibbosum denotat. 2.) Christus hoc propo-
 suit tanquam exemplum rei impossibilis, &
 sic maxima dissimilitudo debet esse, non ve-
 ro convenientia & similitudo. Excip. di-
 stingendum inter vocem κάμηλος & κάμη-
 λος, & probant autoritate Suidæ, qui in Le-
 xico distinguit hæc duo vocabula: idem fa-

C. S. ne cit

cit Scholia stes ad Aristoph. p. 505. Resp. ad
Vocab. καμιλος est mere fictum & committitum,
omnibus Græcis ab omni ævo ignoratum,
in nulloque Græco Scriptore reperitur
2.) Quod autoritatem Suidæ & Aristophanis attinet, hæc adeo magna non erit
Opponimus illis autoritatem Pollucis & Hecchii,
Grammaticorum vetustiorum, & auctoritate
multo præstantiorum. *Pollux* seculum
II. post C. N. vixit, & Onomasticum Græcum
confecit, in quo describit omnium artium
vocabula, quando vero progressus
nautica, nullum reperitur, quod significaret
καμηλος, sive per γ, sive per ι. *Hecchius*,
Grammaticus eruditorum omnium
consensu præstantissimus, ignorat pronunciam
vocem καμηλος. Accedit 3.) quod omnium
Codd. MSS. & expressi scribunt καμηλος
γ. Sic & Patres Græci ac Latini habent. Minet
igitur prisca illa interpretatio, de animali,
nec apparet causa, cur relinquendus
Drusius in Præter. ad h. l. conjicit, esse
Scholiaste Aristoph. aliquod mendum,
pro καμηλος legendum καβηλος, quod Drusio
est idem ac Ebr. לְכָבָה catena. Verum
βηλος æque est vocabulum fictitium, ac
καμηλος. Tum & literarum ordo obstat. Apud
Suidam enim inter vocabula per μ repen-
tur scriptum, & sic non potest esse mendum
nec opus fuisset in Scholiaste id monere.

2. Ita Marc. I. 34. XI. 16. legitur vocalis
χριστος, quod crucem fixit Interpretibus. Grotius



esp. ad Marc. I. existimat, mendum h. l. esse, & textum esse corruptum; sed omnes Codd. & MSS. sic legunt. Nec cœteri Interpretes consentiunt de hujus vocabuli natura. Res Arist. autem obscura non est. Anomala in μι deon erivantur à circumflexis ab εώ, οώ, οίω. e. g. & ἡγημι, ἡγέω. Dicunt, hoc esse inusitatum, sed usitatissimum est, & plusquam centum exempla ex solo Demosthene adduci possunt. ισημι est ab ισάω, διδομι à διδόω,, quæ omnia sunt usitatissima apud Græcos.

3. Ita Rom. II. 17. reperitur καυχᾶσαι, quod Piscator non intellexit in Annott. ad h. I. & statuit, locum esse corruptum, quod etiam annotavit in Indice, putatque divisim legendum esse, καυχᾶσαι, Verum optima lectio est ex antiquissima forma Græce loquentium, in pers. 1. est καυχάομαι, in 2da καυχάεσαι &c. Sic etiam antiquissimi temporibus formatum est τύπλομαι, σαι, ται, & hæc est ratio loquendi, Jonicis propria, Sic Hippocrates & Democritus scripserunt, alii autem Jota subscribunt, quæ forma Attica est.

4. Sic 2. Cor. XI. 23. est ὑπὲρ ἐγώ. Putant aliqui, hic esse mendum, & vocabula disjuncta, quæ conjungenda forent, ut sit, ὑπὲρ-έχω, supero, excello. Sed nihil temere mutandum in S. Literis contra omnium Codd. fidem. Scilicet Præpos. ὑπὲρ sine casu adversificat, & significat plus, vel amplius, ὑπὲρ ἐγώ plus & amplius ego, estque ex collatione seqq.



seqq. idem, ac περισσοτέρως. Grotius fac ellipsis, & subaudit ἀντάς. Tutius sane ejusmodi locum dubium defendere per figuram Grammaticam, quam statim suspectum reddere. Sive autem dicam, adven biascere ὑπέρ, sive subaudiendum ἀντάς, non pecco in linguam Græcam.

5. Sic. Phil. II. 30. habetur παραβολευσα μενος. Scaliger, Salmasius, Grotius, legendunt volunt παραβολευτάμενος, παραβάλλεσθαι. Nam hac significatione passim frequentatur & apprime quadrat huic loco, idem, quo παρακινδυνεύειν. Inde παραβολ@ de eo, quum bestiis depugnavit, apud Socratem H. E. Præterea affirmit Salmasius, p. 198. de modo usurarum, se in antiquissimo quodam Codice Bibliothecæ Puteanæ legisse: Parabolatus est de anima sua. Et ut eo minus lectio variet, à nomine παραβολ@ verbum facit παραβολεύεσθαι, quod ejusdem significationis cum παραβάλλεσθαι, & hoc reponendum esse contendit. Sed vero prohibet Critorum Regula, qui, nonnisi urgenter summa necessitate, negligi plurimorum Codd. consensum volunt. Utut enim nullus hactenus Autorum usu probatum sit ipsum verbum παραβολεύεσθαι; non deest tamen ejusdem compositionis aut significationis sufficiens ratio. Παρα enim uti alias in compositione saepius neglectum denotat, cuius rei exempla extant verba, παρακύειν, παρορα-



παρανοεῖν, παραβλέπειν, ita & hic insuper negligetam vitæ curam indicat. *Salmasius* vero suam novam lectionem plane non probat. *Hesychium* falso allegat, qui nobiscum παραβλευσάμεν exponit per, εἰς θάνατον εἰσετὸν ἐκδηλεῖ, ut ita ad hunc locum respexerit. Id enim & alias sæpe facit in N. T. &, se Christianum fuisse, satis clare loquitur.

XVI.

*Libri N. T. DIALECTO COMMUNI
exarati sunt.*

Ἐκθεσις.

I.

Sunt quidem viri eruditi, qui varias N. T. tribuunt dialectos, vid. *Pasor*, *Casp. Wysius* & *Leusdenius*. Sed omnia hæc vana sunt. Non multa in N. T. dantur, quæ ratione ortus fuerunt Dorensium, Jönum, Atticorum, &c. quæ ratione usus facta sunt communia. Quando igitur in N. T. talia reperiuntur, non ad specialem dialectum referenda, quin potius universæ Græciæ nationibus communia facta sunt. Scilicet in N. T. unica tantum dialectus habetur, nempe communis, si ipsum respiciamus; sin vero primum ortum, variæ dialecti essent. Ita & apud *Isocratem* ipsum varias dialectos reperiemus, qui amen fuit purus Atticus.

2. Te-



2. Tenendum igitur, linguam Græcam post tempora Alexandri M. per totam Europam atque Asiam se extendisse, & hinc factam esse linguam communem, qua omnes Græci, ubicunque habitarunt, usi sunt. Scriptores autem scripserunt alii lingua Attica e. g. *Arrianus*, alii alia dialecto, quæ tum temporis ipsis ex libris addiscenda fuit, quia nemo amplius loquebatur, nisi lingua communis. Atque hac etiam N. T. exaratum est. Communi dialecto scripserunt *Polybius*, *Diodorus Siculus* & *Dioscorides*, adeoque cum his conserui debent libri N. T.

3. Non caret suo usu hæc observatio. In Luc. VII. 47. habetur vox ἀφέωνται, de qua disputatur, cuius temporis sit, & modi. Pontificii in Præsenti efferunt, *Remittuntur*, ut sic dilectio, quæ in Præter. habetur, remissionem ceu causa antecesserit. Sane principio non poterant se feliciter expedire Evangelici, & de hoc disputatum in Colloquio Wormatiensi inter Philippum & Pontificios. Philippus distinxit inter remissionem privatam & publicam: verum distinctio nulla est, & pro cario allata, quam refutat *Hackspan.* Nota Theol. Philol. p. 306. seqq. Jam videndum an recte versum à Vulgato? *Polanus* Synagm. Theol. p. 303. & 338. statuit, ἀφέωνται esse Aor. 2. Med. è dialecto Jon. per Dialysim Ionicam pro ἀφῶνται, & nota est illa dialysis, in primis in verbis in μ. Etiam *Scapula*



in Indice Anomalorum h. m. resolvit, conf.
Eustachius ad Homer. p. 1077. lin. 8. Et *Suidas* in *Lexico*, verba *Evangelistæ* recitans, dicit, esse conjunctivi modi. Atque hoc voluit *Andr. Osiander* in *Colloquio Wormat.* nec *Beza* abnuit ad *Marc. II. 5*, exponens: *remissa sunt*, vel, *remituntur*. *Osiander* vertebat: Es mögen dir deine Sünde vergeben seyn. Etiam *Calvinus* in *Harmon.* ad *Luc. VII. 47*. p. 172. observat, quosdam existimare, esse modum hortativum ad *Apostolos*, h. m. Man kan ihr wohl die Sünde vergeben / es kan dieses mahl hingezen. Quod attinet *Polanum*, 1.) ipse non animadvertis, quod sibi contradicat, nam vertit, *Remissa* sunt: Si vero ἀφέωνται possum est per *Dialysin Jonicam*, *Indicativus* mutatur in *Optativum*, scilicet *Conjunctivum*, quem non optat *Polanus*. Reliqui, qui tentur, esse *Conjunct.* modi, accipiunt id de aliqua indulgentia. 2.) Obstat vocis significatio. Omnes accipiunt *Passive*, sed nunquam *Aor. 2. Med.* in verbo *inpu* cum suis compositis usurpat *Passive*. 3.) *Jonica dialysis* est contra *Dialectum N. T.* & ejusmodi *Dialyseos* exempla non sunt in *N. T.* tñti apud Poëtas. Tempore enim *Apostolorum* nulla gens in mundo erat, quæ utebatur dialecto *Jonica*, & ejusmodi *dialysi*: adeoque illa dialectus aliena est à *N. T.* quod dialecto *communi exaratum* est. Verbum igitur ἀφέωνται est *tertia pers. plur.* Præter. Pass. in

Præ-



Præter. Activo ἀφεῖνα, Attice ἀφέωνται, Passivo ἀφείμαται, Attice, ἀφέωμαται. Conf. G. Budeus.

4. Observatio eo in primis quoque condicit, ut stylo N. T. sua vindicetur puritas *Phrynicus* scripsit Eclogam vocabulorum Atticorum, ubi magnam partem vocabulorum N. T. reperiemus, de quibus dubitatur an sint bene Græca? Nam nihil ille admittit, nisi Atticum. *Lucianus* in Solœcista statim vocat solœca, quæ Attica non sunt & Dialecti communis propria. Conf. *Grævinus* in Notis ad Solœcistam, ubi ostendit, Lucianum eadem vocabula usurpasse, quæ ipsam damnaverat. Quæcunque vocabula dicuntur accepisse novas significationes vel à *Vestio*, vel ab *Heinsio*, vel à *Drusio*, illa reperiuntur apud Veteres, verum non tanquam Attica, sed communia / Vid. Can. XXII. 4. Quia autem primi dubitaverunt de styli N. T. puritate, decepti sunt à *Phrynicho* & reliquis Atticistis, nam quæ vocabula in Atticistis damnantur, illa pleraque reperiuntur in N. T. Sed viri docti non assicuti sunt mentem Atticistarum. Nam illi non rejecerunt vocabula, quasi non essent Græca; sed quia non essent Attica: Tempore autem Evangelista rum Dialectus Attica jam erat mortua. In γογγύζω rejicitur à *Phrynicho*, non, quod Græci illud vocabulum non usurparint, adduc enim ipse Phocylidem; sed addit, esse Jo-



nicum vocabulum. Sic *σρηνιάω* in N. T. reperitur, quod rejicit, quia non Atticum. Sic *εχάτως εχειν*, phrasin, in N. T. usurpatam, damnat Phrynickus: *σαπρός παρεμβολή*, itidem hoc respectu damnata. Similiter *σύσσημον* ab eo rejicitur, quod occurrit in N. T. & apud Menandrum, quem vehementer reprehendit, quia erat Atticus. Sic *ευχαριστέων* damnat, quod vel centies reperitur apud Polybium, Arrianum, Xenophontem, qui tamen apis Attica dicitur. Sic *κραίββατον* à Polluce damnatum, item *κολλυβάτης*. Atque hæc, ut dixi, prima occasio fuit dubitandi de styli N. T. puritate.

5. Neque vero dialectus communis dignitati styli quicquam officit, cum & Græcorum optimi, ut: *Herodotus*, *Polybius*, *Diodorus Siculus*, &c. hac dialecto scripserint. Placuit enim divinæ sapientiæ, N. T. non *Attica* dialecto, quæ tum inter eruditos tantum vigebat; sed *communi literis* mandari, ad eo faciliorem Doctrinæ Christianæ propagationem.

6. Non concedendum sane, Græcitatem N. T. impuram esse & minus classicam, cum sciamus, Spiritum sanctum, linguarum Autorem, ipsa etiam verba sacris Amanuensibus inspirasse.

XVII.

*Uſus vocum in N. T. idem eſt cum illo, qui
profanis Scriptoribus, & communi loquendi
consuetudine obſervatur.*

Ἐκθεσις,

I.

Controversia hæc gravissima eſt, & non plu-
tantum *ζῆτημα ὀνομάτων*, quia cardo in-
terpretationis Scripturæ S. in ea ſitus eſt.

2. Omnino itaque affirmandum, quod
lingua N. T. cum ſermone, quo uti ſolem
Scriptores profani, eadem ſit. Eſt enim ſty-
lus hominis, & talis, quali homines in ſer-
monibus uti ſolent.

3. Deinde accedit ratio manifesta : Si
Deus homines ad ſalutem informare voluit
& indidit vocabulis ſignificationes novas &
incognitas, (prout Hellenisticæ patroni con-
tendunt, de quibus inferius) Deus ſui ipſius qu
proposito obſtitit magis, quam profuit. Si ſo,
ſi Paulus Athenis diſputavit ſermone Græco río
cum Philosophis, & vocabulis indidit ſigni-
ficationes non Græcas, fane non potuit in-
telligi. Hancque ſententiam agnoscunt &
defendunt Patres Græci. Neque alia lingua
Apostoli uſi ſunt orali, quam poſtmodum Ex
in ſcriptis ſuis. Conf. B. Calov. To. I. System
p. 494. itemque B. Dannhauer. Idea boni In
terpo La



terpr. p. 138. ubi contra Beccanum disputat, qui reprehendit *Chemnitium*, quod ex profanis probet usitatam vocum significationem. Non autem video, quomodo hæc concilia-
ri possint cum altera sententia, qua conten-
dit B. Dannh. Linguam N. T. esse Hellenisti-
cam, quæ formaliter in permutatione signi-
ficationum consistit. Conf. de hac materia
pluribus, Aphor. XXIII. seqq.

XVIII.

*Stylo N. T. BARBARISMI temere
affinguntur.*

Ἐνθεσις.

I.

Multa equidem *peregrina* vocabula in No-
vo Fœdere Græco, tum Hebræa & Sy-
ra, tum Persica & Latina passim obvia sunt,
quæ adducuntur atque explicantur à B. Glas-
si, Philol. S. p. m. 235. seqq. Othono Gualtpe-
rio de Vocibus Exoticis N. T. *Caninio* in Lo-
cis N. T. Ebraicis, à *Crenio* recusis, *Drusio*,
Comm. ad Voces Ebr. N. T. Mart. Pe. *Cheito-*
meo in Græco-Barbaris N. T. recusis in Rhen-
ferdii Syntagmate, *Pfeiffero* in Ebraicis atque
Exoticis N. T. locis, *Dannhauero* in Hermen.
S. p. 79. *Oleario* de Stylo N. T. p. 83. seqq.
Laur. *Fabricio* in Reliquiis Syris, & quoad voces
Latinas *Dilherro*, Dispp. Philol. To. I. p. 230. seq.

D 2

Ve-



Verum ex his vocabulis Barbarismum frustra excusat. Potest vocabulum aliquod ratione ortus esse barbarum, ratione vero usus donari Græca aut Latina civitate, quo vero nunc non amplius licet. conf. *Voss.* d. *Vit. Serm. L. I. c. 2.* Sic apud *Catullum*, *Caprem* reperiuntur vocabula peregrina, quæ men usu domestica atque genuina facta sunt. Sic in *Herodoto* deprehenduntur vocabula India, Persica, num vero exinde sunt Barbarismi? Quod si Matthæus, Paulus aliquique Scriptores N. T. voluissent primi vocabula peregrina recipere in civitatem Græcanicam omnino peccassent, quia nihil quicquam iuris ipsi habebant in linguam Græcam, sicut nec Demosthenes in linguam Hebræam. Hinc non ipsi invexerunt, sed invenerunt vocabula illa, jam tum à florentissimis Senatoribus in Græcum sermonem recepta.

2. Scilicet, quæ corporum viventium, eadem & linguarum conditio est. Habent sua incrementa, habent decrementa, ac proinde mutationes varias patiuntur. Vetera vocabula exolescunt, inolescunt nova, cum his novæ loquendi formulæ. Tempore Monarchiæ Persicæ linguae Græcae fuit infantia, tempore vero Oratorum, Demosthenis &c. fuit ætas virilis, post illorum tempora ad senium vergit. Quo de optime egit *Salmas.* Comm. de lingua Hellen. p. 18 - 44 Conf. *Voss.* de *Vit. Serm. in Præfat. & Institut. Orat. L. IV.*

3. Ita



3. Ita tempore Monarchiæ Persicæ ac sub Macedonum imperio, qui Persis pariter & Græcis dominabantur, lingua Græca non paucas è Persia recepit voces, quas reperire est in illis Scriptoribus, qui tum vixerunt. Conf. Eustath. in Schol. ad Iliad. VII. v. 28. Athenæus Lib. III. c. 34. Salmas. de Lingua Hellen. p. 93. 384. 394. seq. it. Barn. Brisson. Lib. II. de Regno Persico, p. 279. 280. Voss. de Vit. Serm. p. 22. Imo inter Græcos & Persas multo ante frequentata sunt commercia, ut credibile sit, etiam prioribus seculis è Perside in Græciam, & vicissim, multa vocabula esse derivata. Conf. Salmas. l. c. p. 400. Eodem tempore, quo Syriæ dominabantur Græci, post Alexandrum M. multas à Syris accepere, & vicissim dederunt voces, quæ postmodum in N. T. Græcum traductæ sunt ex usu communī Græcè loquentium, præsertim in iis Asiæ partibus, ubi Evangelistæ & Apostoli vivebant. Similiter in Versione Syriaca N. T. habentur vocabula Græca. Vid. Salmas. l. c. p. 93. Tandem vero sub Romanis Græcus sermo multis & vocabulis & phrasibus Latinis temperatus est. Romani enim in Judæa suos habebant præfectos, præscribebant suas leges, & sic sua introduxerunt vocabula, quod videre est in N. T. Conf. Salmas. p. 83. Idem observ. in Scriptoribus, qui vixerunt sub Imperatoribus, à Julio Cæsare ad Constantinum M. v. g. apud Diod. Siculum, Strabo-

nem, *Plutarchum*, *Dion. Cassium*, *Arrianum*, *Dion. Halicarnasseum*, ubi non tantum Latin vocabula, sed & phrases atque idiotismos reperimus.

4. Et hoc in omnibus linguis observari licet, quando maxime mutatae propter mutationem imperiorum. In Sacris tamen Literis videntur nova, insolita, paradoxa, quae sunt tritissima apud profanos. Et si consti-
tisset de his, quae hactenus observata, multi careremus observationibus inutilissimi
v. c. Matth. V. 41. usurpatum verbum *Persicum*
αγαπεῖειν, idemque à Græcis adhibitum: Ma-
nander Atheniensis, qui floruit tempore Ale-
xandri M. usus hoc vocabulo, & jam ante
eum *Aeschylus*, adeoque multis seculis ante Ev-
angelistas hoc vocab. usurpatum à pure Gra-
cis, nec tamen Matthæus mansit pure Gra-
cus. Idem observ. in aliis peregrinis voca-
bulis. B. Er. Schmidius in Matth. V. 26. ubi
habetur *κοράντης*, numerat circiter 20. La-
tina vocabula, quæ habentur in N. T. eorum
Euangelistæ & Apostoli non sunt primi au-
tores, sed invenerunt in Græca lingua. In
Dioscorides Medicus, tempore Augusti, multi
usurpat Latina, quæ reperiuntur in N. T. Si
etiam *Polybius*. Quanquam de nonnullis in
T. jure merito dubitatur, an sint Latina, ut
membrana, sicarius, macellum, quæ sunt
Græca: Sic quoque titulus non est latinum
origine, sed Græcum.



XIX.

*Tum & SOLOECISMI à Style N. T.
plane exulant.*

Ἐκ. Θεοτικ.

I.

Ita constructio, θύρα ἀνέῳγε, 1. Cor. XVI. 9. refertur à Phrynicho inter Solœcismos, sed subjicit Salmasius Hellen. p. 104. "constat, alias quoque Autores, qui Attice scripsisse existimati sunt, sic loquutος."

2. Ita multa facta sunt Solœca, per veteres interpunctionum notas, quæ tamen, hisce sepositis, mox talia esse desinunt, prout supra ostensum est. Addam exemplum unum atque alterum: Luc. I. 55. vix declinabis Solœcismum, quamdiu veterem distinctionem retinueris; Sed salva res est, si cum Nort. Knatchbulo ad h. l. & Joh. Sauberto in Palæstra Theol. Philol. p. 310. verba ita distinxeris: μηδῆναι ἐλέγει, (καθὼς ἐλάλησε πρὸς τὸς πατέρας ήμῶν) τῷ Αβραάμ. Hanc autem constructionem vocem μηδῆναι pati, liquet ex Ps. XCIX. 3. quem ita transtulere LXX. ἐμνήθη τῇ ἐλέγει τῷ ιακώβ. Vid. Summe Rever. Wolffii nostri Curas Philol. p. 566.

3. Similiter Joh. VII. 22. versus incipit cum verbis: διὰ τὸ. Sed quam incommodè, nemo non videt. Rectius hæc ad præcedentem versum referuntur, ut integra phra-

D 4

sis

XIX



sis hoc se modo habeat: *Kai πάντες θαυμάζουσιν τὴν διὰ τῆς οὐρανού σημείωσιν.* Putat quidem B. Er. Schmidius fortassis non dari exemplum hujus ipsius phraseos; sed mirum, tantum virum effugisse ejus rei exempla, quae in N. T. Marc. VI. & Aeliano dantur, Lib. XII. var. Histor. c. VI de Mario inquiete, *αὐτὸν δὲ θαυμάζομεν διὰ ἡρῷα.* Conf. Vener. Dn. Wolf. l. c. p. 873. & B. Elswich. in Disp. de Recentiorum in novum Fœdus Critica, §. 10.

4. Plura ad hunc Canonem non addo exempla, cum Solœcismi N. T. à B. Stolberg in pecul. Tractatu masculine profligati sint.

XX.

Multa in N. T. venditantur pro HEBRAISMIS, quæ tamen non sunt.

Ἐκθεσις.

I.

De vocibus Hebraicis dictum Aphor. XVIII. §. 1. Non sequitur: Dantur Hebraæ voces in N. T. Ergo est Hebraismus. Si aliud est Latina vox, aliud Latinismus.

2. Nec *construnctiones* quædam statim Hebraismum arguunt. Ita Matth. XXIV. 22. Marc. XIII. 20. *Non servaretur omnis caro,* non est Hebraismus, conf. Rom. III. 10. Gal. II. 16. Ita Aristoteles Lib. II. de Plantis, c. 8. pag. 1068. in 4to, ubi, *Non recessunt ab ea omnia ani-*



animalia, est idem, ac, nulla animalia. conf.
Aelian. L. VI. c. 22. *Histor. Animal.* *Lysias* o-
rat. VI. p. 88. m. Sic quando Verbum fini-
tum construitur cum suo Particípio, ut He-
bræis Verbum finitum cum suo Infinitivo,
novum non est apud Græcos, et si novum
putaverit eruditissimus *Gatakerus* in *Diss. con-*
tra Pfochen. Act. VII. 34. citantur verba ex
Exod. III. ubi in Hebr. habetur : ראה ראותι
in Græco *ἰδὼν εἴδον*, conf. I. Sam. XVII. 41.
ubi dicitur : ווילך הילך. Ita vero & Græci
loquuntur. Sic *Lucianus* Atticista hæc ipsa
verba eodem prorsus sensu usurpavit, in
Dial. Menel. sub fin. *ἰδὼν εἴδον, omnino vidi.*
Quemadmodum & in *Xenoph.* *Cyropæd.* Lib.
VIII. p. 174. sub fin. habetur : ὑπακόων ὑπή-
κόσα. Sic cum Nomen verbale verbo adji-
citur, Matth. II. 20. *Gavisi sunt gaudium*, conf.
Act. IV. 17. V. 4. VII. 34. &c. non est repeti-
tio Hebraica, quod vult Beza ad Act. II. 30.
cum & alii Græci ita locuti : Βγλεύειν βγλην,
Homer. Iliad. I. v. 75. Κομέστατο ὑπνου. II. λ. V.
241. γαμεῖν γάμον, *Aeschyl.* Ita προσκυνεῖν cum
Dativo constructum putant juxta Syntaxin
verbi Hebræi, Matth. II. 8. 11. cum tamen in
Appiano, *Aeliano*, *Polybio*, eadem Syntaxis re-
periatur.

3. Idem de *Figuris Grammat.* judicium esto.
Sic non solum apud Hebræos, sed & Græcos
datur *Enallage* Infinitivi pro Imperat. Matth.
V. 39. μὴ αὐτοῖς ἤντε τῷ κακῷ, i.e. non resistatis

malo. Frequens autem est hæc Enallage in præceptis, pactionibus, precibus & præconiis, notante Golio, Gramm. p. 345. ubi hoc exemplum subjungit ex Phocylide: Μαρτυρία Ψεύδη Φεύγειν, (i. e. fuge) τὰ δίκαια αὐτοπεντεῖν (i. e. loquere). Interdum est Ellipsis substantivi, ut Matth. VI. 34. εἰς τὴν αὔριον, scil. ἡμέραν. Quomodo purissimi quoque Græcilo-qvuntur, Athen. L. VII. Φροντίζειν εἰς αὔριον, solicitum esse de crastino. Ut frustra sit Beza annotatione ad l. c. cum existimat, potius Hebraeorum phrasin esse, apud quos δὲ interdum propter significet. Sic vicem Nominis Adverbium non raro sustinet, ut: οὐδὲ σάγη σanguis immerito, i. innoxius, 1. Sam. XXV. 31. οὐ εξω (externus) ήμων αὐθεωπος, 2. Cor. IV. 16. Similiter Xenophon Pæd. II. παραυτίνα γίμνεται, i. momentaneæ voluptates. Ità substantivum est loco Adjectivi, ut 1. Cor. I. 21. per stultitiam prædicationis, i. e. stultam prædicationem. Sic Aristoph. in Muto χρυσάς ἐπῶν, aurum verborum, i. e. aurea verba. Frustra igitur Beza ad Matth. XXIV. 15. abominationem devastationis Hebraismum esse contendit, pro abominanda desolatione. Ad Synecdochem aliquo modo referri potest verbum γνώσκειν, quod in genere quidem notat cognoscere, sed apud Hebreos pariter & Græcos adhibetur ad exprimendam consuetudinem conjugalem. Cum igitur usurpatur hoc ultimo sensu, Matth. I. 25. non statim Ebraismus



sinus est fingendus, id quod fatetur Stephanus in Lexico Gr. ad hoc verbum, & loca aliquot ex Plutarcho adducit.

4. Denique & Phrases N. T. ac loquendi formulas, temere pro Hebraicis venditari, animadvertis. Sic Aperire os est phrasis Græca, pro loqui, Matth. V. 2. Porphyrius & Julianus riserunt Matthæum, quasi *αὐξῆσει* voluerit ornare res gestas Christi, cum nemo clauso ore doceat. Verum Scriptores Græci eodem modo locuti sunt. Conf. Lucianus, deorum & hominum irrisor, Tom. III. Φιλοψευδ. p. 576. & in Rhetorum Præceptis pag. 486. Lycophron. Cassandr. ab init. v. 4. & 28. & antiquior adhuc Æschyl. in Prometh. v. 611. 612. conf. B. Er. Schmid. Annott. ad Matth. I.c. Idem Empectæ fugillabant Matthæum & alios Evangelistas, quod ipsi sui Magistri gesta amplificare voluerint, & mare pro lacu posuerint. Conf. Spanhem. P. III. Dub. p. 646. seq. qui respondet, esse Hebraismum. Verum hæc responsio non satisfaceret Porphyrio. Rectius dicimus, Græcos permuttere θάλασσα & λίμνη. Conf. Aristot. L. II. c. 2. de Plantis, & L. II. Meteor. c. 3. L. VIII. Histor. Anim. c. 13. Lib. III. de Gener. Animal. c. 11. Sicut vicissim mare Caspium vocat λίμνην, lacum, Lib. I. Meteor. c. 13. Hæc obiter. Sic τὶ ἡμῖν καί σοι; Matth. VIII. 29. Eadem loquendi formula utitur Anacreon: Τί γαρ μάχαισι κάμοι; quid mihi cum bellis? Sic εξα



εχάτως εχειν Marc. V. 23. pro Hebraismo re-
putatur; sed regerit *Salmasius*: Atqui He-
braice nesciebat *Agatarchides*, ut puto, *Cnidius*,
qui eadem locutione usus est. Vid. plura
fictitiorum Hebraismorum exempla in *B. Be-
belii* pererudita Exercit. de Phras. N. T. habi-
ta Witteb. anno 1659. atque in *Rhenferdii*
Syntagmate recusa.

5. Generatim itaque observamus, infir-
mam esse collectionem: Hic aut ille lo-
quendi modus N. T. reperitur & in V. I.
Ergo est Hebraismus. Quis enim nescit
maximam linguarum dari convenientiam:
Plura hactenus exempla in Autoribus Græ-
corum profanis monstrata sunt, quæ olim
pro Hebraicis obtrusa. Unde cordatum *B.*
Er. Ostermanni, Philologi quondam *Witteb.* ce-
leberrimi, judicium est, Positt. Philol. Disp.
III. th. I. fin. "Ignorantia Græcismi revera
est fons ac origo, ac mater infelix quædam
Ebraismorum." Conf. ipse *Dannhauerus*, in
Hebraismos alias pronus, Hermen. S. p. 175
f. seq.

6. De cœtero tenendum, *Gatakerum* in
controversia de Hebraismis N. T. rejicere
Tragicos, tanquam testes idoneos, quia videt
se ab his facile vinci posse, hinc ait, in Tra-
gicis non reperi stylum pure Græcum, sed
etiam Hebraismos. Verum hoc modo omnia
fient Hebraismorum plena, quæcunque Scri-
pta sunt. *Heinsius* afferit, & *Homerum* suo
ha-



habere Hebraismos, & fuisse Hellenistam.
At hæc causæ desperatae sunt indicia.

XXI.

*Nec stylus N. T. peculiari HELLENISMI
appellatione traducendus est.*

Endeors.

I.

Lingua Hellenistica exigua habuit initia. Nam tempore *Drusii*, qui primus Autor hujus linguae est, & mortuus anno 1616. vix reperiebantur 15. voces Hellenisticæ, quamvis promiserit idem Lexicon Hellenisticum, in Præter. ad Marc. VII. 2. & Joh. VII. 35. Sed mera est ignorantia. Fuit enim vir, ut in Hebraicis satis subactus, ita in Græcis minus quam exercitatus.

2. Vocat autem *Drusius* voces Hellenisticas, quæ novam significationem acceperunt, sed absolute, & citra respectum sive ad voces Hebræas, sive ad versionem LXX. V. T. Postea Hellenisticam derivarunt ex Oriente, ut vocabula Hellenistica sint quidem pure Græca, si species originem; verum ea recipisse novam quandam vim ac significationem, (quæ in vulgari Græca Lingua, profanis Græcis usitata, non observatur,) à voci bus Hebraicis, Chaldaicis, Syr. Arabicis Synonymis, duplicem aut multiplicein signifi-



ficationem habentibus. Atque hæc Hellenistica appellari potest *Vorstiana*, à Joh. Vorstius inventa, non, quod sit primus Autor hujus sententiæ, sed quod distinctissime & clarissime hac de re scripsiterit, in libris de Hebreis N. T. Ante Vorstium enim linguam hanc juxta eandem hypothesin docuerunt *Hackspan.* in Notis Philol. *Dilberr.* in Dispp Acad. & ante eos *Lud. de Dieu* ad 4. Evangel. *Joh. Camero* in Myrothecio, *Lud. Capellus* in Spicilegio, & frater *Jac. Capell.* Comm. in Matth. verum non ita signate, ut *Vorstius*, qui fontes aperuit.

3. Apparet igitur ex hac hypothesi Vorstiana, quod vocabb. Græca sint conferenda cum LL. OO. h. m. Matth. I. 19. quærunt Interpretes, quo jure Josephus appellari possit *dīnārōς*, cum factum contrarietur legi, secundum quam debebat indicare vitium sponsæ. Hellenistarrii Interpretes conferunt cum Hebræo יָצֵר, quod primario & proprie significat *justum*; deinde vero & *æquum*, qui strictum jus haud observat, bonum, clementem. Dicunt itaque, vocab. *dīnārōs* h. l. non esse Græcum, sed Hellenisticum, & commendari h. l. non justitiam Josephi, sed æquitatem, clementiam. Ita ξύλον convenit cum Hebr. үү, quod non solum lignum notat, sed & in specie arborem. Jam per linguam Hellenisticam ξύλον est ampliatum, & quoties in N. T, significat *lignum*.

Græ.



Græcum ipsis est & manet ; sed quando arborem, non amplius est Græcum, sed Hellenisticum. Ita vocab : **עולם** tum æternitatem notat, tum mundum. Huic respondeat Græcum **αιών**, quod quando *æternitatem* significat, Græcum manet, Hellenisticum vero evadit, quando *mundum* significat. Et sic in reliquis.

4. *Heinsius* Hellenisticae linguae fontem facit versionem V. T. Græcam Lxx. uiralem, & vocabulis Græcis, in N. T. occurentibus, eam tribuit significationem, quam habent Ebræa vocabb. in V. T. per illas Græcas voces ab Interpretibus exposita. e. g. **κράσις** exponitur aliquando in LXX. Versione per **ἀδικία**. Ergo & *Heinsius* in N. accipit pro mendacio, fallacia, fraude, ut : Rom. I. 18. Luc. XVI. 8. Sed ipse est mendacissimus interpres. Confer. de **παραδειγματικῶ** in Concordantiis Kircheri, his enim *Heinsius* teste usus est. Aliquando tamen idem sibi suoque instituto contrarius est, dum Versionem Græcam V. T. neglit, ac vocabulis N. T. Græcis tribuit significationes, LXX. Interpp. neque usurpatas, neq; cognitas. Sic Jac. III. 6. voluit omnibus esse oculatior, & autumat, **κόσμος** h. l. significare organon sive instrumentum, ideo quia apud Ebræos **כלי** significet & instrumentum, & ornementum. Nam **κόσμος** proprio significat ornementum, licet LXX. nunquam verterint per **κόσμος**.

XXII.

XXII.

Scilicet nova hæc interpretandi ratio valde
brica est, eademque erroribus ac hallucina-
tionibus gravissimis obnoxia.

Prob.

I.

Quius *Drusius* ad *Marc.* VII.2. recenset qua-
dam vocabula, quæ ex mera ignoran-
tia pro Hellenisticis habet, ut: *Koivais* χερ-
i. e. *pollutis* manibus. *Koivòs* alias significa-
vulgaris, in N. T. semel atque iterum est
pollutus, contaminatus. Hoc vocab. *Vorſi*
non est Hellenisticum, neque etiam *Heinsj*
est vero tale *Drusio*, quia illa significatio no-
va ipſi vifa, nec in Lexicis reperitur. Et pot-
erat facile excusari *Drusius*, qui non nisi ei
Lexicis sapuit, ubi hæc desinunt, ibi desin-
Drusii eruditio Græcanica. Verum jam olim
Koivòs significavit *pollutum*, unde Lat. *cœnum*
nec vulgares tantum Græci ita locuti sunt
sed & Atticistæ & optimi Græci, ut: *Lucianus*
Conf. Pfochen: *Diatr. de Stylo N. T.* Sic χα-
ρις significat *gratiam*, atque ita in Lexicis:
N. T. ad *Philem.* v.7. significat *gaudium*. Ho-
vocab. nec sensu *Vorſiano*, nec *Heinsian*
Hellenisticum est, quia non habet aliquo
vocabulum sibi respondens apud Hebræo
in significatione & gratiæ & gaudii; nequæ
etiam ita reperitur apud *LXX.* *Drusius* vero
Hel.



Hellenisticum facit ex ignorantia Græcæ Linguæ. Reperiuntur tamen Lexica, quæ hanc significationem habent, ut: *Æmil. Portus* & *Hesychius* in Lexicis, quæ vero, quia pure Græca sunt, à *Drusio* non potuerunt tractari. Ante *Socratem*, *Platonem*, χάρις in significatione gaudii usurpatum fuit, & præterea χάρις & χαρὰ ejusdem sunt originis: prima igitur origine χάρις significat gaudium, secundaria vero gratiam. Sic & ἀνάγκη pro vexatione, quod *Drusius* facit Hellenisticum, est apud *Euripidem*, & alios. Quis hinc non videt, Hellenisticum *Drusii* esse fictitium?

2. Qv. Hellenistica *Vorstiana* est tota meta-leptica. Evidem novimus, vocum diversarum, sed in eadem Græca lingua, permutas esse significationes, quam figuram Grammatici vocant μετάληψιν, vel μεταλλαγὴν, raram, & Poëtis tantum usurpatam, fereque ænigmaticam. Verum in Sacris nullum ad-huc certum, tutum ac fixum monstratum est medium, quo istæ Ebraearum Græcarumque vocum permutatae significationes innotescant; sed totum illud negotium à voluntate & arbitrio hominum, nempe novi Fœderis Interpretum, & quidem recentiorum, penitus pendet, atque pro hominum ingenio & studiis augeri potest, & minui iterum, mutari, prorsusque aboleri.

3. Qv. & *Heinsii* hypothesis lubrico nimis nititur fundamento, dum in dicti novi Fœ-

E

deris



deris interpretatione semper respicere jube ad LXX, quos Hellenistas vocat, ut illorum adeo versio sit norma, ad quam exigi debeat interpretatio dictorum N. T. Sane versio V.T. Græca, uti nunc extat, est corruptissima & in locis innumeris plane absurdā. Vide Hackspan. Miscellan. P. I. c. 8. Ubi vero regula mendosa, ibi nihil recte fieri, nec amissim dirigi potest. Ita pro חַמּוֹר Num. XVI. 15. LXX. legerunt חַמּר, qui reddiderunt per ἐπιθύμημα. Ope Hellenisticae ergo ex asino potest fieri affectus humanus. Sic i Sam. XXV. 11. Hebr. טִים, LXX. verterunt per οἴνον. Nunc credit Heinicus, טִים significare vinum, aut possit per Hellenisticam effici ex aqua vinum. In profanis Heinicus felicior fuit, quam in Sacris. Ita Esa. XXIX. 4. גַּיא LXX. reddiderunt per ἔρη. Quis inde colliget, apud Ebraeos גַּיא significare montem, aut quando Matth. V. 1. Christus dicitur adscendisse montem descendisse monte intelligendus sit, quia Ebraeus גַּיא vallis, LXX. per ὄρος exposuere? Atque hujus generis plurima ex Hottingeri Thesauri colligi, & quotidie adhuc observari possunt. Quid vero est, Scripturam sacram velut nūsum cereum in omnes formas vertere, si haec non est?

4. Quid refragatur etiam Hellenisticae hypothesis experientia, & collatio Scriptorum profanorum. Nam, quæ Vorstio, Hackspan, Heinicus



Heinsis, Grotio, & aliis visa sunt nova, & novas accepisse significations, nova certe non sunt, sed satis antiqua, apud Autores optimos usitata. Saltem dialecti distinguendæ. Fateor in Lexicis talia non extare, unde, qui tantum ex Lexicis sapiunt, facile errare possunt. Sic vocab. ξηρός, Matth. XXIII. 15. pro terra, legitur apud Dioscoridem L. IV. c. 135. & reperiuntur ibi eadem, quæ apud Matth. extant, verba. Etiam Aristoteles saepius eo usus est, conf. lib. ejus de mundo. Sic βιταὶ pro catalogo & indice, Matth. I. 1. usurpavit ipse Lucianus, Elianus, Atticistæ, Appianus. ξύλον, Apoc. II. 7. pro arbore reperitur apud Dioscoridem, & ante eum apud Callimachum. σκεῦλαι pro organo, ut Act. IX. 15. non tantum usurpat Polybius, Arrianus, qui scripserunt dialecto communis; sed & Lucianus, qui velut norma vult esse Atticismonium. σπλάγχνα pro misericordia apud Euripidem, & in fabulis Æsopi usurpatur, quod Grotius ad Matth. XIV. 14. contra reliquos Hellenistas annotavit.

s. Qv. idem judicium esto de iis sigillatim, qui affirmant, etiam ex aliis linguis OO. Chaldæa, Syra, Arabica, ut & Rabbinica ac Talmudica accepisse voces Græcas significations novas. ut sic fierent Hellenisticæ. Sit exemplum Ebr. IV. 13. ubi reperitur vox τελεαχηλισμένα. De hujus vocis significacione disquiritur. Lud. Capell. in Spicileg. (in quo erudita satis habet, modo non omnia niteruntur

rentur sententia illa Hellenistica) collegi
 $\tau\alpha\chi\eta\lambda\bar{\iota}\omega$ est à $\tau\alpha\chi\eta\lambda\bar{\iota}$, quod significat α
 lum: collum Hebræis est $\pi\pi\gamma$, sed verbum π
 apud Arabes etiam significat nosse, qua signi
 ficatione occurrit quoque apud Rabbinos, fo
 san & apud Syros, ait. Ergo est Hellenisticum
 & significat, manifestum, conspicuum est
 deinde significatione transitiva usurpatu
 pro, notum facere, patefacere. Et sic $\tau\alpha\chi\eta\lambda\bar{\iota}\omega$
 $\chi\eta\lambda\bar{\iota}\sigma\mu\epsilon\nu\alpha$ Capello sunt aperta, manifesta, revelata
 nova, ut ait, & incognita Græcis signifi
 catione. Verum his ambagibus opus non est.
 Possimus planiori via ad veram hujus vocis
 significationem pervenire. $\tau\alpha\chi\eta\lambda\bar{\iota}\omega$ usu
 patitur primo in sacrificiis, in maestatione
 etimarum: deinde in arte agonistica in
 luctatores. Sed h. l. usurpatur in signifi
 catione impropria. Dubium inter eruditos
 unde figurata locutio petenda? Hugo Grotius
 derivat ex usu sacrificiorum, quæ interpre
 tatio satis conveniens huic loco, conf. Chrysostomus
 Theophylact. Occumen. in h.l. quos non potuit la
 tere vis vocis. Deinde alii rationem tro
 pi a luctatoribus petere solent, qui apud Gra
 cos adversarium tunc dicuntur $\tau\alpha\chi\eta\lambda\bar{\iota}\omega$
 quando obtorto collo ipsum trahunt, ut epi
 facies resupinata omnium oculis exponatur
 ita apud Platonem reperitur. Vid. Scapula. In
 ratio tropi & origo significationis quiden
 diversa; sed sensus utrobique idem, ut no
 tione metaphorica significet, *apertum faci*
Similiter



Similiter Joh. Camero in Myrothecio, I Cor. XI. 10. ἔχσια ex Arab. vult explicare. Sed via hæc nimis longa & remota est. Agnoscit enim metonymiam signi pro signato, & tamen confugit ad Arabismum, atque Hellenismum facit. Nos dicimus, Paulum satis ostendere, se loqui metonymice, & per ἔχσιαν h. l. nihil aliud intelligere, quam velamen fœmin. conf. B. Luther. Nam velamen erat signum, quod esset sub potestate viri. Poterant igitur hæc facilius expediri. Sic σαπρὸς Matth. XII. 33. Eph. IV. 29. itidem censetur esse Hellenisticum in collatione cum Chald. & Syr. שְׁבַי, quod significat, malum, pravum, improbum esse. σαπρὸς igitur in lingua Hellenistica infert pravitatem, malitiam, ideo quod Græcum convenit cum Hebr. בָּנָי, quod in linguis aliis affinibus notat pravitatem & malitiam: quæ significatio Græcum facit Hellenisticum. conf. Lud. de Dieu, ad l. c. Poteramus autem faciliori via ad veritatem rei pervenire.

6. Qv. denique periculosa hæc interpretandi ratio est, eademque hæreticis valde grata, quia secundum hanc hypothesin ex quolibet potest fieri quodlibet. Ita Sociniani defendunt Hellenisticam, quoniam ejus operæ quælibet in S. Literis fingere licet. Idemque faciunt omnes, qui pervertere cupiunt Scripturam. Quæ causa, cur ea lingua mire placuerit Calvinianis.

XXIII.

Concedendum equidem, aliqua vocabula accipiisse novam vim & significationem in Sacris Litteris, quia res, quas olim significabant, novam quandam formam acceperunt, Græcis antiquioribus neque cognitam, neque auditam.

Prob.

I.

E voce *Episcopus*. Græci ab omni ævo appellarent Episcopos, qui alicui rei curandæ vel tractandæ præficerentur. In specie sic appellabantur Episcopi apud Athenienses, qui mittebantur in urbes, Reipublica ipsorum subjectas. In N. T. Episcopi appellati sunt illi, qui Ecclesiæ præessent, curam ejus gererent, eamque gubernarent. In materia mutatio nulla, sed forma tantum mutata. Episcopi Atheniensium observabant instituta & mores suorum civium; Episcoporum Ecclesiæ est, curare, an doctrina sana & pura, atque inspicere mores Christianorum.

2. Sic ipsius Ecclesiæ nomen accepit novam formam. Namque apud Veteres Ecclesia vocabatur coetus civium, qui ad mandatum Magistratus per præconem convocabatur in curiam. Hoc vocab. temporibus N. T. fuit accommodatum ad coetum Christianorum.

Omnia



Omnia hic quadrant, habemus Magistratum summum, DEUM, habemus præcones, Apostolos, vocem præconii, scilicet doctrinam Evangelii. Materia eadem est, licet forma nova, sed per hoc nulla accidit mutatio linguarum.

3. Similiter accidit in voce *Evangelii*, quod significat lætum nuntium: Sed lætius nihil potest cogitari, quam de illo nuntio remissionis peccatorum.

4. Sic quando ποιμὴν in N. T. usurpatur. Olim ποιμένες dicebantur Reges, hic dicuntur Pastores, qui curant gregem Christi. Sed hæc novitas nihil nocet.

XXIV.

Neque hoc duntaxat in Novo Fædere factum, aut novum & inusitatum censi debet, sed idem in Græcis profanis deprehendas.

Ἐκθεσις.

§ I.

Ita enim Græci profani, cum ea tradiderunt sermone vernaculo, quæ ab ipsorum institutis, moribus ac doctrinis erant aliena, & propterea vulgo ignota, debuerunt vocabula antiqua accommodare rebus novis & nuper cognitis, propter significationem ejusdem rei analogicam.

§ 2. Ex. grat. Romani vocabant *Patres conscriptos*. Græci non noverant talem Reipu-



blicæ formam, ideo eos appellabant ἡγεμονας
Præfectos, Gubernatores. ἡγεμων in antiquo
Græcisimo non significat Senatum oppida-
num, vel Senatores; sed adhibetur in aliis
præfectionibus & gubernationibus: quia ve-
ro observabant aliquam similitudinem inter
formam rerum publ. ideo P. C. appellarunt
ἡγεμονας.

§ 3. Sic Clientes Græcis prorsus fuere ignoti
si spectes formam. Romulus in principio di-
visit Patres & plebejos, & his permisit, u-
quisque sibi Patronum eligeret; da warren
der Plebejus auf ob der Patronus was zu befahlen
hätte: quia igitur semper parati erant ad mi-
nisterium Patronorum, ideo à Græcis dice-
bantur πελάται, appropinquantes. Πελάτης ei-
à verbo πελάζω, appropinquo, advenio, einem an-
warten. Nihil enim putabant magis conve-
nire cum Clientum natura & officio, quam
voc. πελάζειν. Ante illorum vero tempore
à nullo unquam Scriptore Græco hoc vocabu-
lum usurpatum. Proinde, si idem usu venire
soleat in N. T. id novum & insolens videri
non debet.

§ 4. Huc referas, quod, quæ antiquis si-
fuere ignorata, ut neque ipsam rem habue-
rint cognitam, ad hæc exprimenda nova fin-
ixerint vocabula, aut usurparint barbara ea-
rum gentium, à quibus res novas acceperunt.
Ita Græcis antiquissimis seculis camelus pro-
fus fuit ignotus. Quando igitur primum a
Syri



Syris acceperunt tale animal, tum etiam simul appellationem assumserunt, & flexerunt ad formam Græcam, dicentes, καμηλοῦ. Qui igitur talia usurpat, non βαρβαρίζει, etsi sumta sint vocabula à gente barbara. Erudite hac de re egit *Vossius* L. I. de Vitiis Serm. cap. 7. p. 30. sq. Nam hæc doctrina eo pertinet, ut rite possim judicare de puritate styli in unaquaque lingua.

§ 5. Proinde, si idem usu venire soleat in N. T. id novum & insolens videri non debet, quia idem in omnibus fere Scriptoribus Græcis observatur. Cum hoc enim ita comparatum est, ut nullum inde detrimentum accipiant linguæ, nedum, ut mutentur in alias species. Frustra adeo scribit *B. Dannhauer.* in. *Hermen.* S. pag. 162. in. Specie differre Græcam linguam, & Hebræo-Græcam Biblicam. Ita enim diversa lingua esset *Herodoti*, *Plutarchi*, qui itidem vocabula vetera applicarunt rebus novis, sed talibus, quæ aliquam similitudinem cum veteribus habuerunt.

XXV.

Ut enim singulæ disciplinæ suas habent notiones, & terminos artis ; ita Scriptura s. cœu Theologiae principium, multa continet vocabula, huic arti propria : quæ quidem è vulgari Grece loquentium usu petita, sed ad certum idemque mysticum argumentum determinata sunt.

E 5

Ex. Æstic.



Επεσις.

§ I.

Sic Aristoteles Prædicamenta vocat κατηγορίας. Κατηγορία significat indicium, eine Anweisung / à κατηγορειν, indicare, arguere, deinde accusare. Aristoteles hanc vocem ex vulgari usu propter quandam convenientiam transtulit ad notionem Prædicamentorum explicandam. Nam Prædicamenta per certas classes indicant mihi illa, quæ de aliis possunt praedicari.

§ 2. Pari ratione Syllogismus significat summam, per Arithmeticum calculum productam. Deinde fuit traducta vox ad artem Logicam, quando scilicet præmissis 2. propositionibus aliquid infertur. Est enim aliqua similitudo inter computationem Arithmeticam & argumentationem Logicam.

§ 3. Cum igitur talia quoque sint obvia in profanis Autoribus, non pro novo habendum in N. T. quando vocabula traducta ares alias. Erant quippe Græcis, Idololatrum præcipuis, divina mysteria valde ignota quorum tamen lingua uti voluit Spiritus S. velut communissima & præstantissima, illiusque voces & phrases à rebus actionibusque humanis & vulgaribus traducere & accommodare ad explicandos & docendos sensus divinos sublimissimos & difficillimos. Ur vel ipse Demosthenes, si voluisset nobis sacra

my



mysteria describere, non habuisset vocabula
Græca magis commoda ad rem exprimen-
dam, quam habuerunt Evangelistæ & Apo-
stoli.

§ 4. Majoris sane operæ pretium fecissent
viri eruditi, si pro lingua illa Hellenistica,
quæ nullius usus, exposuissent terminos artis
Theol. & notiones proprias, de quibus pas-
sim altum habetur silentium.

XXVI.

Quapropter consultissimum censemus, vocum
Græcarum in N. T. significaciones, si enectæ illæ
ac traductæ fuerint ē vulgari usu ad explananda
mysteria, Græcis ab omni ævo incognita, ex ana-
logia V. T. atque artis Theologicæ de-
clarare.

I.

Ita verbum ἐκπορεύεσθαι Biblico sensu usur-
patur de æterna Spiritus S. processione à
Patre Filioque, Joh. XV. 26. estque vocabu-
lum Græcum optimum, in rebus vulgaribus
& humanis obvium, quod significat, egredi.
Ab hac notione rerum vulgarium traductum
fuit & elevatum ad explicandum singulare
mysterium. Quia enim Spiritus S. à Patre &
Filio ab æterno egreditur, vocabulum hoc
ad sublime mysterium declarandum satis a-
ptum visum est, unde Veteres Spiritum S.
ἀπογένοντα τὸ Θεόν appellantur. Est nempe
aliqua



aliqua similitudo & analogia in re ; at similitudine non est idem, ideo nec omnia, quæ in re vulgari reperiuntur, applicari debent ad rem mysticam ; sed vulgaris significatio purganda ab omni imperfectione, & deinde ex analogia & scopo Theologiæ ad processionem hyperphysicam applicanda. Confer de vocabulo *λόγος*, Joh. I.

2. Ita *Sedere ad Dextram DEI*, Marc. XVI 19. &c. est phrasis, doctrinæ Christianæ propria. Sedere ad dextram Regis, notum est apud Græcos & Latinos, magnusque honor censetur. Quando igitur de Christo hoc dicatur, phrasis quidem petita ex vulgari usu Græce loquentium, sed inde applicatio ad hanc mysticam non potest desumi : Similitudinem enim non per omnia idem est. Hinc Grotius refutatur à B. Calovio ad Matth. XX. 21. quando ille observat ex usu Græce & Latine loquentium, sedere ad dextram Regis, esse proximam à Rege dignitatem habere, idque ad Christum accommodat. Applicatio haec mala. Est quidem analogia quædam, hanc tamen omnia possunt applicari, propter diversam rationem, quia divinum imperium in se non potest multiplicari. Ex quo patet, non posse rationem usus horum terminorum recte ex vulgari usu exponi ; sed petendam est significationem ex doctrina artis Theol. & locis parallelis.

3. Si



3. Sic Rom. VI. 11, *mori peccato*, dicit Paulus. Ubi in verbis singulis nulla difficultas, nulla novitas. Quando autem compositionem ratione rerum specto, tum aliqua apparet novitas. Quid enim sit, mori peccato, omnibus profanis ignoratur, ideoque ex artis Theologicæ analogia explicandum est.

4. Sic phrasis Paulina, *crucifigere carnem*, Gal. V. 24. nihil novi habet in Syntaxi, sed videntur primo, quid *Caro* significet. Vulgariter & populariter quandoque per Synecdochen sumitur pro toto homine, anima & corpore constante. Theologice autem caro notatur hominem, per peccatum corruptum; vel abstractive notatur ipsa illa proclivitas ad peccandum, pravi motus & inclinationes. Hujus generis phrases reperiuntur multæ in S. Literis, quæ conferendæ, ut ex analogia fidei & Scripturæ intelligamus, quid sit caro. In carne vivere, est, indulgere carnis motibus ad peccandum: secundum carnem ambulare, est, secundum pravos motus carnis vivere. Quod ad verbum *crucifigere*, quo cum h. l. construitur caro, non potest capi proprie, sed improprie. Interpres igitur debet solitus esse de analogia, quam habet cum significacione propria. Nempe, qui cruci affigitur, illius membra extenduntur, manus & pedes affiguntur ligno, ut se non possit movere, vel aliquid operari. Quando igitur Paulus dicit, *carnem crucifigere cum affectibus*, idem est, ac constrictas

strictas tenere pravas cupiditates, illas ligare
coercere, & quasi affigere ligno, ut se non
possint movere, & excitare peccata, sive,
possint foras erumpere. Conf. & Gal. VI. 14
per quem mihi mundus crucifixus est. Similis ra-
tio est, quando Paulus jubet *exuere veterem ho-
minem*, Col. III. 9. Nam *vetus homo* est illa
corrupta natura, corruptus homo, quem jam
vocaverat carnem: Illum jubet *exuere*. Me-
taphora desumta à vestimentis. Ita enim
jusmodi pravas concupiscentias exuere &
longe amovere debemus. Hujusmodi no-
tiones novæ frequentes occurrunt in Epp.
Paulinis, quæ eodem modo tractari possunt.

5. Sic Phil. II. 7. Christus dicitur fuisse
forma DEI. Est phrasis mere Theologica, ter-
minus technicus, & hujus artis proprius. E-
tamen appareat ratio, quare hæc phrasis sit e-
levata & traducta ad hoc mysterium signifi-
candum. Scilicet $\muορφη$ duplēcēm habet si-
gnificationem, aliam vulgarem, aliam Philo-
sophicam. Apud *Philosophos* significat natu-
ram & essentiam, & sic, in forma DEI esse
notat, esse in essentia & natura DEI. In
multi antiqui Patres, multi ex Calvinn. in pri-
mis *Heinsius* in Exercitt. S. *Bellarminus*: Cum
esset in forma DEI, i.e. cum esset reverā Deus
Sed $\muορφη$ in usū populari apud Græcos signi-
ficiat externam formam, & statum, incurren-
tem in oculos & sensus, quique naturæ &
sentias aliquid extrinsecus superaddit, ubi e-
senti



sentia alicujus rei consideratur, quatenus est prædita certis affectionibus. Et h. m. in forma DEI esse, idem est, ac, qui fuit gloriosus, divina majestate præditus atque conspicuus, quam divinam majestatem poterat quoque forinsecus divinis operationibus demonstrare. Apparet aliqua ratio analogiæ, sed nondum satis constat, utrum ratione usus philosophici, an vulgaris. Id igitur ex analogia artis Theologicæ decidendum est: ubi nostri Theologi, rationibus circumspectis omnibus, posteriorem sententiam amplectuntur.

6. Sic Col. I. 15. Filius DEI appellatur *Imago DEI*. Poterat hic aliqua etiam novitas observari, quando vocab. *imago* ex vulgari usu traductum ad essentiam Filii DEI explicandam. Nam *imago* alias accidentalis est, & repræsentat aliquid accidentaliter, ut *imago Cæsaris*. Id quod h. l. non sufficit, apparet tamen ratio, quare Filius DEI ita appelleatur, quia Deus Patrem nobis repræsentat, quamvis non accidentaliter, sed substantialiter. Hæc intelligimus non ex usu linguae Græcæ, sed ex analogia artis Theologicæ. Eodem modo accipienda sunt, quæ habentur Ebr. I. 3. In his utique novitas aliqua concedenda. Quid sit *character DEI Patris*, Demosthenes certe non scivit, & quæ sunt alia. Hi & similes termini purgandi ab omnibus imperfectiōnibus, & deinde applicandi ad res mysticas.

7. Et



7. Et talia sunt plura, quæ nova possunt haberi. Habetur tamen aliqua analogia. Unicum adhuc exemplum addam: *Ligare* & *solvere*, Matth. XVI. 19. procul dubio desumptum est à carceribus, ubi homines ligantur & solvuntur. Est igitur aliqua metaphoræ quam tamen non sufficit explicasse, sed consideranda præterea analogia Theologiae, quid fides admittat. Conf. de hac phrasib.
Seb. Schmid. in Fasic. Dispp.

8. Proinde illorum labor merito frustra neus censetur, qui cum nova vocabula, novas phrases, novas Syntaxes, aut veterum vocabulorum ac phrasium novas significations in N. T. ostendere ac declarare studuerunt, iis semper hæserunt rebus, quæ sunt vulgarissimæ, Græcis æque ac aliis gentibus perspectæ satis & cognitæ. Ea autem, quæ summa revera nova, & à rebus vulgaribus traductæ ad res Theologicas, adeoque paganis antehac ignorata, ne primoribus quidem digitis attingerunt, uti ex Scriptis Heinsii, Drusii, Vor. Hackspanii, Piscatoris, &c. satis apparent.

XXVII.

Vocabulorum compositorum aut derivatorum specialis significatio atque emphasis ex ratione originis eruenda est.

I.

Sic κόπος, laborem significat, 1 Cor. III. 8. & ut πόνος. In Lexicis ponuntur simpliciter



citer. Est tamen discrimen ex ratione origi-
na. Uginis. Nam κόπος est à Præter. Med. κένοπα-
gare quod à κόπῃ, labore, tundo, cædo. Κόπη
igitur est labor difficilis, per quem frangun-
tur vires, & corpus quasi obtunditur. Ko-
phor πιάω usurpatur de gravissimis laboribus. Πό-
dconγ vero à verbo πένομαι, operor, laboro,
ia, quemlibet laborem significat.

2. Sic χάρισμα exponitur in Lexicis per
donum. Sed, si respiciamus originem, est à
frustra χάριζομαι, quod à χάρει. Itaque χάρισμα vi-
a, non originis suæ non significat quodvis donum
in genere & abstracte, sed donum gratuitum,
sive gratis datum, & propterea vita æterna
vocatur χάρισμα τῷ Θεῷ, Rom. VI, 23.

3. Sic Rom. VIII. 19. reperitur ἀποκαρδί-
as perdonia. Est decompositum ex ἀπὸ, δοκεῖν &
εἰς sunxapē. Exponitur in Lexicis per expectationem.
At, si hujus vocis origo simul conferatur, &
originis vis explicetur, multo evadit notior
significatio. Innuitur enim gestus illorum,
qui cupidissime aliquid expectant, & ideo
caput exserunt è fenestra, vel alio loco, &
oculos circumferunt ad omnes partes, ut
videant eum, quem maxime desiderant.
Quod verbum frequens apud Polybium & Diod.
Siculum est. Αποκαρδοκία igitur significat so-
licitam atque anxiam & intentam expecta-
tionem, quæ vis l.c. obtinet. Lexicographi
talia raro expedient, & manent in generali
significatione: Speciales igitur eriendæ ex
ratione originis.

XXVIII.

Quia vero usus persæpe derogat analogiæ, vocabula haud raro primæ suæ originis sensu amittunt; argumenta ex origine petita interdum nihil prosunt, nec urgeri possunt.

I.

Ita, si spectetur origo verbi Græci, *χορτάζειν* est ex *χόπτη*, gramen, fœnum, qui pastu brutorum est. Ergo notat, fœno, vel gramine pasco, cibo. Nihilominus Matth. V. XV. 13. usurpatur de cibatione hominum Mirum hoc visum Interpretibus, quorun aliqui statuerunt Hebraismum: quæ Hebraismorum ratio & lingua Hellenistica aliud ignorantia est. Verum *χορτάζειν* non retinuit vim originis, sed ab ea degeneravit & adoptavit peregrinum sensum, ususque verbum, quod de brutis proprie dicitur etiam adhibuit postea de hominibus. Si apud Plutarchum & alios usurpatur.

2. Sic vocab. *βαπτίζειν*, si spectetur orig significat, baculo ferire. Sed Matth. V. 39. significat, *alapam impingere*. Qui locus mire vixit Interpretes. Heinsius in Aristarcho p. 940. vocat Hellenisticum vocabulum, quo apud Hellenistas significet, alapam impingere, apud Græcos, baculo ferire. Piscator vertit, baculis ferire, idem fecit Beza. Usu igitu



igitur evolvendus, secundum quem significat, alapam impingere, licet sec. originem baculo ferire: quod ex Lexicis non potest hauriri, neque ex Henr. Stephani ingenti libro. Principium eruendi significationes ex Etymologia, est valde infirmum & debile; alterum, nempe usus, est firmius. Itaque παπίζω non potest ex analogia defendi apud Matthæum, quia usus docet contrarium. Ezra usum ignorabat, unde inhærebat analogia, & vertebat baculo ferire, contra scopum & rationem textus. Heinsius confugiebat ad asylum ignorantiae, nempe Hellenisticam, in qua significat, alapam impingere. Sed reperitur in ea significatione apud Lucianum, Polybium, Plutarchum & alios.

3. Sic Ebr. XI. 31. Rahab vocatur πόρνη. Sanctius ad Jos. I. 21. negat, meretricem significare πόρνην, ideo, quia derivetur à πέρναμαι, mercari: itaque πόρνη vi originis esset mercatrix, eine Krämerin. Sed usus tollit illam analogiam. Nam πόρνη nunquam in usu Græce loquentium significat mercatricem, sed meretricem. Caute igitur hic agendum, semperque perspiciendum, an usus contrarium obtineat, quam Etymologia vult?

XXIX.

Primitiva ac simplicia vocabula statim à principio certæ cuiusdam rei vel actionis significationem acceperunt; non tamen ideo earum



rerum attributa & proprietates; atque acti-
num modos, circumstantiasve alias de-
notant.

I.

Sic ἐρευνῶ, Joh. V. 39. habent omnes pro vocabulo emphatico, in quo tamen nulla emphasis reperitur. Dicunt, notare laboriosam & accuratam investigationem, qualis esse solet illorum, qui metallorum fodinae scrutantur: vel, quemadmodum canes magno studio investigare solent feras, easque ex latebris excitare. Sed hæc omnia sine fundamento dicuntur. ἐρευνῶ habet quidem à principio certam significationem, sed indefinitam. Nullum objectum notat, aut modum, sed in genere scrutari est. Modus objectum, aliæque circumstantiæ debent erui non è voce; sed ex natura & materia illarum rerum, de quibus adhibetur. Scrutatio metallorum est sane laboriosissima & accuratissima; sed de tali objecto nusquam hoc verbum apud Autores usurpatum. Et maxime usurpetur, non tamen inde sequitur, verbum ἐρευνῶ illam significationem principio habere. Hesychius ἐρευνῶ simpliciter exponit per γῆτῶ, quod significat generaliter, querere quodvis, sine omni modo. Homerus usurpavit de indagatione furum, Appianus de exploratoribus, Lucianus de perquisitione supellestilis in domo, An-

stotela



*stoteles de naturalium rerum investigatione:
de metallorum & ferarum indagatione nus-
quam usurpatur. Sed etsi adhibetur de in-
vestigatione furum & rerum naturalium, ni-
hil tale præcise significat, & est abstractum
ab omnibus illis rebus, quod tamen deinde
determinatur per res additas. Sic, quando
h. l. dicitur, ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς, ex voce nul-
la potest emphasis erui, quia nulla ineſt; sed
emphasis debet erui ex convenientia rei, per
media alia Hermenevtica.*

2. Sic verbum ἐνεργεία tritum satis est. Sunt tamen, qui in hac voce peculiarem vim & emphasin inveniri dicunt, ut significet, invenire id, quod quærimus. Sunt quidem loca, ubi infert, studiose aliquid quæsitum invenire; id vero non valet in rationibus Grammaticis, imo è contrario significat, casu invenire quid, ut: Joh. I. 41. IV. 5. Rom. X. 20. Deinde fundamentum plane nullum est, quando dicunt, ἐνεργεία accepisse illam significationem à canibus, qui olfactu inquirunt feras, derivari enim ab ἐνέργειᾳ, sagax, der eine dünne Nase hat. Talia reperiuntur apud Leigh in Critica S. itemque apud Scapulam. Verum sic ἐνεργεία haberet spiritum lenem. Alia ratio est in compositis. Ita ἐξενεργεία est, excogitare magno studio, ἐξενεργημα solers inventum; sed ἐνεργημα significat generaliter quodlibet inventum. Apparet hinc, quomodo tractari debeant voces in eruenda



propria cuiusvis significatione, quod scilicet plurima vocabula habeant generalem significationem.

3. Ita *γῆτεω* est vocab. vulgatum. Quidam tamen Interpretes ad Luc. XII. 18. contendunt, habere illud peculiarem vim & emphasisin, ut significet, querere, quemadmodum crudeles tortores vi tormentorum suorum inquirunt in veritatem. Non opus est explicatione, & si usum consulimus, numquam reperitur de tali inquisitione. Si Lucas voluisset tam emphaticum sensum exprimere, non defuissent ipsi vocabula, nam Græca lingua est copiosissima. Conf. alia in Appar. meo, P. I. p. 594. sq.

In his itaque significationes vocum communes atque indeterminatae ex ipsarum rerum, de quibus usurpantur, natura, rationibus & conditionibus propriis debent determinari; non autem rerum sive actionum proprietates ex verbis agnosciri possunt.

XXX.

Sunt tamen aliqua tum nomina, tum verba simplicia & primitiva, quæ statim ab initio & prima impositione determinatam significationem acceperunt, eademque cum transferuntur ad alia, magnam vim atque emphasisin secum afferunt.

I.

Ita *σέργω* significat diligo, non in genere, ut
āya-



ἀγαπῶ, Φιλέω & ἐρῶ, sed peculiarem amorem infert, usurpaturque de iis, qui sunt parentes & liberi, consanguinei, fratres & sorores, unde σοργὴ notat hujusmodi amorem.

Paulus Rom. I. 13. Gentiles vocat ἀσόργητον, quasi, qui inexperti fuissent hujusmodi naturalis affectus: causa ea est, quia apud Gentiles, si parentibus liberorum numerus gravis esset, licitum fuit, partum tollere, vel non. Quae lex sane affectum parentum erga liberos tollebat, & vice versa. Etiam in Lege Pompejana non reprehenditur pater, quod filium occiderit. Jam, quando σοργὴ transfertur ad significandum alium quendam generalem amorem, qualis inter amicos, proprietas non tollitur; sed specialis amor transfertur ad generalem, & innuitur, amorem talem inter amicos non esse vulgarem.

2. Ita *Luc. XI. 54.* adhibetur de Pharisæis, Christo insidias struenteribus, vocab. θηρεύειν, quod est, *feras capere*, & habet certam significationem certæ actionis, circa certum objectum. Apud Lucam vero verbum transfertur per similitudinem ad homines, quando alicui insidias struimus. Ubi igitur exponenda vis in talibus translatis vocabulis, propria significatio prius explicanda, & deinde transferenda & applicanda. Nempe venatores varias artes adhibent, multiplices struunt insidias, ut feras capiant, fodunt foscas, tendunt retia, &c. Idem hic tentabant

Pharisæi, proponebant Christo varias & periculosas quæstiones, quarum solutio era
anceps, dubia & periculosa, & talem exper-
bant respcionem, qua vel Majestas Cæsar
læderetur, vel gratia populi perderetur.

3. Sic verbum δελεάζω transfertur ad fas-
tos Doctores, 2 Pet. II. 14. qui dicuntur δελε-
ζειν, inescare animas auditorum non satis firmata
Δελεάζω significat eam escam, quam vel au-
cupes, vel pescatores proponunt animalibus
ut sic facilius capiantur, & δελεάζω est, ave-
aut pisces inescatos allucere. Quando igit
tur h. l. translatio explicanda est, collati
quædam instituenda cum ea re, quam pro-
prie significat. a) Comparandi aucupes
pescatores cum falsis Doctoribus, in utris
que apparet insignis fraus, astutia & callidi-
tas, & possunt falsorum Doctorum propri-
tates ex Matth. VII. 15. exponi. b) Sunt au-
ditores & animæ ipsorum comparandæ cum
piscibus & avibus: in his observamus sim-
plicatem, temeritatem & incogitantiam. Idem
observare licet in auditoribus, qui saepe sim-
plices sunt, minus providi, minus cauti
circumspecti, hinc facile à falsis Doctorib-
trahuntur in ipsorum casses. Dicuntur
εγριπτοι, & notantur illi, qui non probè fini-
& firmati in studio doctrinæ Evangelii &
veritatis, qui nullo nituntur fulcro, & faciliter
possunt moveri ab una sententia in aliam
adeoque per ejusmodi falsorum Doctorum
blan-



blandimenta facile seduci. Jac. I. 14. idem vocabulum usurpatur metaphorice, & concupiscentia nostræ tribuitur quoddam $\delta\kappa\lambda\epsilon\alpha\rho$, quod nostra concupiscentia prava nobis quoque struat insidias, ut nos decipiat, & seducat ad pravos actus.

4. Sic notissimum est vocab. $\beta\alpha\sigma\alpha\nu\zeta\omega$, quod est, per tormenta inquiro in veritatem, hinc $\beta\alpha\sigma\alpha\nu\zeta\eta\varsigma$ & $\beta\alpha\sigma\alpha.\tau\mu\varsigma$, quæ omnia, quia in re ipsa inferunt cruciatus intolerabiles, postmodum ad varia accommodantur. a) Verbum illud $\beta\alpha\sigma\alpha\nu\zeta\omega$ adhibetur de doloribus Paralyticorum, qui sunt exquisitissimi, Matth. VIII. 6. & passim. b) Per illud exprimuntur dolores parturientium, Ap. XII. 2. adeoque conferuntur cum illo, qui equuleo impositus cruciatur à carnifice. c) Transfertur etiam ad cruciatus impiorum infernales designandos. Nihil habuit Scriptura in rebus humanis, cum quibus posset comparare dolores infernales, quam cum doloribus equuleo impositorum. Vid. Matth. VIII. 29. Ap. XIV. 10. XX. 10. Dives epulo Luc. XVI. 23. dicitur existere $\epsilon\nu\beta\alpha\sigma\alpha\nu\zeta\varsigma$, in tormentis. conf. v. 28. In eadem parabola v. 24. 25. cruciatus infernalis per verbum $\iota\delta\upsilon\alpha\mu\alpha$ exprimitur, quod significat non dolorem in genere; sed habet significationem statim à principio specialem, nempe doloris parturientis. Quia vero dolores isti exquisitissimi censentur, vocab. istud fuit applicatum ad

designandos dolores infernales. Ex ha-
voce etiam colligitur, qualis fuerit dolo
Mariæ in itinere, cum amisisset Filium. Lu-
II. 48. Usurpatum idem verbum Act. XX.,
ubi maxime dolent Presbyteri Ephes. se no-
amplius visutos Paulum. In his tantum lo-
cis reperitur vocab. ὁδυνάσματι, & quidem i
translata significatione, ubi simul transfervit
omnis vis & emphasis vocabuli primariae
significationis.

XXXI.

ARTICULUS PRÆPOSITIVUS, δ, η, τὸ, i po-
proprie acceptus, subjecto orationis ex usu la-
guæ additur; nisi id fuerit expressum b) n
mine aliquo proprio, c) pronomine dema-
strativo, relativo & interrogativo. In his
enim non opus est Articulo, qui restrin-
gat ad certum subjectum; sed Artic. tun
Prædicato ex perpetua Græcorum lo-
quendi consuetudine additur. Deniq

d) nisi oratio fuerit reciproca & con-
vertibilis.

Prob.

a)

Sic omnino dici potest, quod Articulū
semper notet Subjectum. Cadunt ig-
tur, quæ à B. Glassio & Dannhauero objiciuntur
huic Regulæ exempla. Ut inter alia 2 Co-

I. 2.



I. 21. ὁ Βεβαιῶν ἡμῶν Θεός. Ubi tamen Articulus non proprie accipitur; sed ponitur pro Pronomine relativo, & sequens Particip. loco verbi finiti, atque sic Græci perpetuo loquuntur. conf. v. 22. & c. V. 5. Afferunt 2 Cor. III. 17. Dominus autem Spiritus est, ubi utriusque extremonum Artic. præponitur. B. Wellerus putat, propositionem esse convertibilem. Ego vero dico, neutro in loco ponit Articulum proprie. Est enim in significazione relativa, referente hæc verba ad præcedentia, ubi de eodem κυρίῳ loquebatur Apostolus, ut sensus sit: Idem ille Dominus, qui se unit cum verbo, eidemque tribuit vim convertendi nos, v. 16. nullus est alius, nisi Spiritus S. Objicitur & Rom. VI. ult. Nos dicimus, ea esse subjecta, quæ habent Articulum. Notetur igitur, quod à Paulo l. c. constituantur 2. Domini, alter est peccatum, alter Deus: utriusque sui tribuuntur milites, quod patet ex verbis immediate præcedentibus: His nunc diversa tribuit præmia, mortem servis peccati; servis autem DEI vitam æternam. Objic. & Ebr. XIII. 8. Jesus Christus est ὁ ἀυτὸς, idem. Verum ἀυτὸς sine Artic. & cum Artic. diversam habet naturam, quod in hoc unico tantum vocabulo contingit in universa lingua Græca. Nam ἀυτὸς sine Artic. est Pronomen relat. cum Artic. est Pronomen identitatis. Quare Art. h. l. est de natura vocis, qui si auferatur, vox mutatur.

b) Sic



b) Sic Act. XVIII. ult. $\epsilon\pi\omega\tau\circ\chi\rho\iota\sigma\circ\iota\eta\iota$
ubi Christus, tanquam nomen appellativum
est prædicatum & nomen officii. Sic Eph.
III. 1. $\epsilon\gamma\omega\pi\alpha\tilde{\nu}\lambda\Theta\iota$, $\delta\epsilon\sigma\mu\iota\circ\circ$. B. Er. Schmidt
putat, integrum caput esse in parenthesi p-
nendum, & v. i. conjungendum cum ver-
ult. cap. præced. Sed insolentissimum ho-
est hyperbaton, & lectio optime fluit. A-
ticuli enim hæc est natura, ut nomina ap-
pellativa & communia restringat ad propria
ut non amplius sint communia.

c) Sic Pronomen *demonstrativum* habet
Marth. XXVI. 26. $\tau\tilde{\gamma}\tau\circ\epsilon\circ\tau\circ\sigma\tilde{\omega}\mu\tilde{\alpha}\mu\circ\circ$. co-
Marth. V. 13. 14. XXI. 28. Joh. X. 7.

d) Si oratio sit *reciproca*, potest utrique e-
tremorum, & prædicato, & subjecto pri-
poni Articulus, uti fit i Joh. III. 4. Hic Gram-
maticus rem definire non potest, sed recu-
rendum est ad Logicam. Tribuimus quid-
dem aliquid Articulo ; verum, quando te-
mini & extrema æque late patent, tunc re-
currendum ad Logicam, quæ docet, quid
latius & angustius.

Facit regula ad ambiguas orationes digni-
scendas. Conf. B. Jac. Weller. Comm. in
ad Rom. pag. 402.



XXXII.

PARTICULARUM Significatio insignem in explicatione Novi Fæderis usum habet.

Prob.

I.

Sic Beza Luc. XXIV. 31. Christum secundum substantiam suam remotum fuisse contendit, & corpus nec visibiliter, nec invisibiliter præsens mansisse, quia part. ἀπὸ, absentiam notat: *Et ipse invisibilis factus est ἀπὸ αὐτῶν.* Nos dicimus invisibiliter ipsum remansisse. Quidam denegant hanc significationem τῷ ἀπὸ, sed male. Quæritur, quid ἀπὸ removeat? Resp. non substantiam, sed Φάσιν. Ergo retinet ἀπὸ propriam significationem, qua removet aliquid. Similiter Luc. XVIII. 34. *Erat verbum illud absconditum AB IIS*, ubi non verbum removetur, sed qualitas ejus, scilicet τὸ νοητὸν. Apoc. XVII. 8. **constitutions mundi.* coll. Eph. I. 4. 2 Tim. I. 9. Hic probat Beza & Pasor, ἀπὸ semper significare ante, non vero post. γέγραπται nos exponimus per Plusquam Perf.: *Nondum erant inscripta*, & hoc si fiat, nulla inter hæc dicta pugna erit.

2. Sic part. eis interdum solum eventum designat, & sumitur εἰς βατικῶς, ut: Luc. II. 34. *Hic positus est eis πλαστόν.* Piscator ait, eis notare finem & propositum DEI. Sed ex analogia fidei

fidei *eis* de nudo eventu explicari debet. S. militer etiam Joh. I X. 39. *In judicium veni, non notatur finis, sed eventus.*

3. Sic quæritur de partic. *διὰ*, Hebr. II. ubi λόγῳ dicitur λαληθεὶς δι ἀγγέλων. Primi per λόγον h. l. intelligunt decalogum sed hoc repugnat historiæ Exod. XIX. XXI quia per Angelos Lex haud prolata. Ali part. *διὰ* exposuerunt, *inter*, ut sit, in com ratu Angelorum. Resp. Quando *διὰ* nota *inter*, comparative usurpatur, unumque cum altero confertur. Partic. igitur propriam significationem retinet, nec λόγῳ de Leg accipiendum. Peculiarem de part. *διὰ* ob servationem vide inferius, Can. LXII.

4. Sic 1 Cor. XV. 29. B. Schmidius 14. signi ficationes Præposit. *ὑπὲρ* recenset. At no sunt omnes distinctæ, potius accommoda tiones aut applicationes ad diversa objecta Proprie ac primario notat *super* aut *supra*: construatur cum Genit. deinde secundari vice s. loco alterius. Nos locum hunc cum multis explicamus per *super*, qui tamen sub timide hanc sententiam amplectuntur, qui indubitatum non habent testimonium, super mortuos baptizatos esse homines. Sed quamquam nullus alias hac de re scripsérít, minime tamen ideo Autor in dubium vocan dus. Sic multa peculiaria apud Profanos leguntur, nec tamen de iis dubitatur, licet nūl us aliis Autor id affirmet, dummodo alter non contradicat.

5. Si



5. Sic part. περὶ aliquando notat, propter;
 ut: Joh. X. 33. propter blasphemiam. Camerario
 visa est hæc significatio insolens & insolita.
 Heinsius eam pro Solœcismo habet, sed per-
 permanit. Occurrit enim apud Herodot. Lib. I.
 cap. 8. n. 4. Conf. Joh. VI. 61. Cum Geni-
 tivo notat etiam *objectum*, circa quod. Sed
 locus Joh. XVI. 8. huc plane non spectat.
 Not. a. vocem ἐλέγχειν duo notare: 1. repre-
 hendere, schelten / straffen. 2. argumentis aliquem
 constringere & convincere de aliqua re, eintrei-
 ben und überweisen. b. Objectum triplex est:
Justitia Christi, quam ipse nobis acquisivit;
judicium, quod est satanæ devictio; & *pecca-
 tum*. Duo priora non sunt reprehensione
 digna. Peccatum quidem est reprehensi-
 bile, verum sub eo formaliter h. l. non occurrit;
 sed quatenus est controversum: quia Judæi
 non credebant esse peccatum, non credere
 in Christum. Ergo posterior verbi signifi-
 catio hic obtinet, scilicet convincere ali-
 quem de aliqua re. Sunt quidem, qui omnia
 tria objecta statuerunt esse reprehensibilia, sc.
 admissa Enallage, propter bonum omissum &
 malum commissum. Sed male. Idem enim
 est, ac si dicam, Petrum esse reprehenden-
 dum ob veritatem. (si in mente retineam,
 neglectam) Sed hæc reservatio mentalis nul-
 la est. ὅτι v. 9. est specificatio peccati, scil.
 incredulitatis, non est ratio, vel causa. Cum
 Genitivo περὶ etiam *excellentiam* denotat. Ita
 locum

locum Ep. Joh. III. v. 2. explicat Noldius, per
supra omnia, quod ipsi idem est, ac in primis.
 Sed non adeo bene. Piscatori περὶ πάντων hic
 scrupulum fecit, ut etiam non erubuerit di-
 cere, locum esse corruptum. Juxta Schmid-
 ium scribendum erat πέρι, si excellentiam
 notare deberet. Verus sensus hic est: Quem-
 admodum anima tua bene agit, ita precor,
 ut (non, in primis quoad bona corporis, sed
 quoad reliqua bene vel prospere agas, & o-
 ptime valeas. Syrus cum Lutherò benè: *9*
 allen Stücken. Excipiunt, περὶ id non signifi-
 cat. Resp. Hi non legerunt Scriptores pro-
 fanos: περὶ πάντος πράγματος, Lucianus. Πε-
 ri iam aliquando exponitur per contra. Nol-
 dius in Concordd. Hebr. pag. 694. huc referit
 Joh. VI. v. 41. Murmurabant περὶ αὐτὸς, contra
 ipsum. Sed supervacanea est expositio. Si
 αὐτὸς est Masculin. tum notat Christi perso-
 nam; si Neutr. generis, tum ejus doctrinam
 denotat. Nos tutius sensu posteriori expli-
 camus: Murmurabant propter rem, i. e. Ejus
 doctrinam, quod videre est ex v. 41. & 61.
 Grotius recte vertit: *Ob eam rem.*

6. Part. εἰπὶ cum *Dativo* interdum significat
propter, *eo quod*, *ideo*, *quia*, & construitur cum
 ἐσ., ἡ., ὁ. Rom. V. 12. εἰφόρος aliqui vertunt
Ideo, *quod* omnes peccaverunt. Piscator redi-
 didit, *in quo*, & confert Marc. II. 4. Matth.
 IX. 2. sed vero illic εἰπὶ non valet *in*, sed *super*.
 Bene igitur Lutherus l. c. reddidit: Dieweil sie

alle



alle gesündiget haben. Photiniani & Erasmus vertunt, *quatenus*; sed res subjecta non patitur hanc interpretationem. εφω̄ potest quidem exponi per *quatenus*, quando agitur de formulis alicujus pacti, foederis & promissi, tum valet, *ea conditione*; at Paulus h. l. non agit de ejusmodi rebus. Cum *Accusat.* notat etiam propinquitatem. Sic reperitur Apoc. III. 20. Aliqui vertunt: *Ante ostium*; sed επι id non significat. Sic c. XV. 2. ab aliquibus exponitur: *Stantes super mare.* Sane id fieri potest; interim ex textu patet, significationem esse propinquitatis, *apud*, vel *prope* mare. Similiter Actor. XI. 11. significat, *ad domum*. Matth. XXI. 19. *prope viam.* Lutherus recte: Am Wege. Erasmus: *In via*; sed minus commode. Matth. XIV. 14. XV. 32. aliqui expnunt: *Misericordia moveor επι ERGA ipsos*; ita & Schmidius, & sic objectum notaretur. Sed επι non significat, *erga*; potius causam ωρανταρχτικην notat, & melius explicatur per propter, quia tota historia causam impulsivam infert. Significat & *circa*, *circiter*, in temporis circumstantia. Vexatissimus est locus Matth. I. 11. επι της μετοικεσιας, *in transmigratione.* At hoc cum Historia Chron. non convenit. Sed si exponatur indefinite, per circiter, gegen die Zeit res salva est. Noldius in Concordd. alias significationes affert, sed spurias. Sic Matth. XXVIII. 14. exponit: *Quando auditum fuerit a Praeside, επι ηγεμονος*; sed alii melius vertunt,

G

apud



apud Præsidem. Act. XXV. 9. επ' εμῷ à Nold exponitur: *Judicari à me.* Sed in judiciis ponni debet, *coram. conf. v. 10.* Sic affl Noldius loca, in quibus επὶ per ex reddit, Ebr. VIII. 4. επὶ γῆς, è terra. Quæ ver multis exposita est difficultatibus. Rectil mè igitur vertit Erasmus per in, ut innuat Levit. Sacerdotium sublatum esse de terr Marc. XII. 26. Luc. XX. 37. itidem vertit rubo, cum tamen Moses in rubo non fuerit. Ergo, ex rubo dicere non potuit, uti est apud Lucam. Si solus extaret locus Marci, tu potius statuerem ellipsin, in rubo existet Deus-dixit. Sed neque hoc valet. Rectissime igitur vertitur, in rubo, i.e. in ea suæ storiæ parte, qua agit de rubo. Eph. VI. ubi Paulus agit de armatura Christiana, tandem dicit: επὶ πάσιν; Lutherus: vor allen Dingen. Ex hac versione Noldius colligit, επὶ cu Dat. notare ante, qui sensus tamen ab Apostolo non fuit intentus. Alii, ut Coccejus, omnia. Convenientissima tamen est expotio, quando vertitur, super omnia; quia metaphora ab indumentis adhibita est, his denique debebant superinduere thoracem justitie quæ est fides. Cum Accusat. etiam denude, & est valde frequens tum in sacris, tum profanis. Marc. IX. 12. scriptum est επὶ de fine hominis. Piscator dixit esse Hebraismum. Noldius in numero hanc Præposit. exponit civiter, ut: Apoc. VI. 8. Data est ipsi potestas occidente circa



circiter quartam terræ partem. Sed ibi præcise quarta pars intelligitur, non vero incertitudo fingenda est, quod ex textu patet. Præpositio cum suo casu non ad verbum $\alpha\piοκτηναγ$, sed ad nomen referri debet, quod cum non adverteret Noldius, erravit. Vertendum igitur: *Super quartam terræ partem datu est potestas occidendi.* Idem notat, hanc Præposit. cum Accusat. notare *cum*, & affert locum, Marc. X. 11. mæchatur $\epsilon\nu\tau\eta\nu$. Recte Luth. An ihr; adeoque $\epsilon\nu\tau\eta$ h. l. valet *in*, nempe in ea, quam duxit post priorem foeminam. Affert itidem Matth. IX. 9. *sedentem* $\epsilon\nu\tau\eta$ τὸ τελωνιον. Verum neque h. l. potest notare *cum*, sed *in*: Se-debat enim in illo loco, ubi vestigalia poscebantur. Præterea significat *inter*, vel *apud*, ut: Luc. XII. 14. potest verti: *Inter vos.* Noldius locum Act. XV. 17. adducit, exponens: *Inter quas gentes; unter welchen Völckern.* Ex Am. IX. 11. citatus est locus, ubi non tam de invocatione religiosa, quam de impositione cognominis agitur. De Christo enim dicuntur Christiani. Vertendum igitur: *Super quas nomen meum cognominabitur.* Dicitur enim $\epsilon\nu\tau\eta\lambdaειδας$, *cognominari.*

7. Ita part. $\pi\rho\circ\varsigma$ quandoque *eventum* infert, ut: Matth. V. 28. *ad concupiscendum uxorem.* Ex adspectu enim hoc evenit, ut concupiscat eam. Significat & propter, ut Matth. XIX. 8. Interpretes hic variant, quia insolens ipsis visa est constructio: $\pi\rho\circ\varsigma$, *propter cordis duritatem.*

tiem. Frequens ejus partic. usus est apud Herodotum, & Sophoclem. Sic & Polybius, qui finis norma habetur communis dialecti. Eph. III πρὸς cum Accus. construitur, & exponit per ex: *Ex quo potestis colligere*; cum tamen significazione apud nullum Autorem legitur. Potest πρὸς quidem exponi per ex: in significazione causæ, auf daß; adeoque commodius vertere possumus, propter, idem πρὸς ὃ coalescit in unam vocem h. l. ut pro dia ὃ. Sic omnia simplicius exponuntur, nec præter necessitatem augentur significaciones.

XXXIII.

*Figuræ ENALLAGARUM, ELLIPSIVM,
PLEONASMORUM, &c. in explicando
Novo Fædere haud temere fingendæ
sunt.*

Ἐκδετις.

§ 1.

Vexamus & vexamur his Figuris propriis exempla, & regulas Grammaticorum bricās. Unde consultius censetur, omnes aliquando Grammaticorum regulis, scopus scribentis è contextus totius consideratione eruere; vel statim ad normam, sive fideliam in locis dubiis, & de quibus controversia est, recurrere,

§ 2. i.



§ 2. Ita in nominibus & verbis potissimum conspicua est *Enallage*; at saepe tamen applicatio deficit, & destituitur veritate. E. g. Joh. I. 29. *Agnus DEI* dicitur αμαρτιαν sustulisse. Ubi Pontificii urgent singularem numerum, quasi peccatum originis tantum intelligatur. Nostri dicunt, esse Enallagen singularis pro plurali: qualia exempla passim obvia sunt. Si excipiat Pontificius, non sine gravi causa recedendum à litera; hinc quia ex rationibus Grammaticis Enallagen probare non possumus, refugiendum ad alia remedia, ad Analogiam fidei, & dicta Scripturæ. conf. Joh. I. 7. 9. II. 2. Matth. I. 21. Ex qua collatione apparet, l. c. statui debere necessario Enallagen singularis pro plurali.

§ 3. Vicissim Linguæ Hellenisticæ Patroni plurima Figurarum exempla temere commenti sunt. Ea enim lingua meritis constat Enallagis, metalepsibus, aliisque non modo schematis, sed & tropis, ideoque in omnes species ac formas, veluti quidam Proteus, converti ac mutari potest. Ita Luc. XXII. 20. ἐκχυνόμενον Dativus esse statuitur. Nam Lingua Hellenistica non declinat, non habet casus. Quo modo quidlibet ex quolibet potest fieri. Inauditum sane est, Substantivum Dativum construi cum Nominativo. Nominativo casui, inquit *de Dieu*, hanc prærogativam esse concessam ab Hellenistis, ut omnium casuum reliquorum vicem sup-

G 3 pleat.



pleat. Si hoc valeat, apparebit, quam perniciosa adhuc sit doctrina fidei, & metuendum, ne aliæ dogmatum species ex N. T. struuntur. Unde non mirum, quod lingua ab huic favent Adversarii: valde enim ipsa apta est ad depravationem Scripturæ, quia potest flecti & reflecti. Secundum eandem Apoc. linguam Joh. I. 14. *unigeniti* conjungitur cujusdam Nominat. plenus. Conf. Ephes. III. 17. Apoc. I. 4. 5. Pudenda sunt ignorantiae exempla quæ tamen *de Dieu* Comm. ad Luc. XXII. 1. In proposito solo Linguae Hellenisticæ prætextu defendit.

§ 4. Hinc deceptus est B. Glassius noster Philol. S. p. 736. qui existimat, posse construere Nominat. cum Genit. & Accusat. cum Genit. & affert exemplum ex Apoc. III. 12. ubi illa lectio vera, quæ habet, *πολεως, ι καταβαινει* nec tamen Enallage est, sed Ellipsis verbi, quæ est descendens, pro, quæ descendit, quæ exempla passim sunt obvia, præcipue in Epistolis Paulinis: ac sæpe Participia absolute ponuntur cum Ellipsi verbi substantivi, etiam apud antiquissimos Græcorum. Deinde fert B. Glassius locum Apoc. XVIII. 13. ubi *αυτη πιστωσις* Accus. in Genit. Sed h. l. iterum Ellipsis locum habet, non autem Enallage. Estque Ellipsis vel *τε πληθθει*, ut Hugo Grotius putat, quod etiam probari posset. Sed nihil hic inferimus; verum, quod rectius repetimus nomen ex præced. v. 12. qui cum v. 13. cohæret; scilicet *γομφοι*, merces equorum.



perum &c. Qualis repetitio frequens est. Ad-
etuedit B. Glassius 2 Pet. II. 10. putatque h. l. con-
I. T. strui Accus. & Nominat. sed frustra. Nam
laborat iste locus falsa distinctione, cum v.
finiendus sit in voce *καλαφροντας*, & v.
e, qu. inchoandus à voce *τολμηται*. De loco
Apoc. I. 5. quem itidem adducit B. Glassius,
ur cujus supra actum, pag. 15. 16.

XXXIV.

In primis vero Heterodoxorum malitia & fraus
multa excogitavit schematum exempla in
illis Scripturæ dictis, ubi nulla in-
veniunt locum.

I.

Ita Maldonatus, ut homini possit tribuere ali-
quam cooperationem in spiritualibus, ex-
cogitavit ellipsis partic. *μόνον*, & applicat ad
Rom. IX. 16. h. m. Non est tantum volentis, aut
tantum currentis; sed etiam simul est misericordis
DEI. Non sufficit nostrum velle, &c. No-
strates negant, dari hic ellipsis, non tamen
repugnantibus regulis Grammat. alterutri
parti, cum vel 100. alia loca in utroque Fœ-
dere observata sint, in quibus est Ellipsis Ad-
verbii solum. Verum, quando hoc dictum
examinamus, & Scripturæ consensum adhi-
bemus, apparet, esse falsam ellipsoes part.
μόνον h. l. applicationem, nam Scriptura no-
stris viribus in spiritualibus plane nihil tri-



buit. conf. Phil. II. 3. e. I. 29. ubi sensus planus exclusivus est. Add. Eph. II. 8.

2. Eandem partic. μόνον Ellipsin urgenter Pontificii, ad 1 Cor. XV. 10. ubi dicit Corn. Lapide, hunc esse sensum: Non ego solum sed mecum gratia DEI, quæ mihi adest. Non invidemus autem ipsis hanc Ellipsin, cum Apostolus non de conversione sua, sed de ministerio verbi loquatur, atque donis administrantibus, à quibus ad sanctificantur N. V. C.

3. Ita Calviniani, ut ictum evadant de necessitate Baptismi, ratione medii, locum Joh. III. 5. non de Sacramento Baptismi, sed de regeneratione spirituali (cujus tamen Baptismus medium est, adeoque hæc sunt subordinata) exponunt, atque confugiunt ad figuram ēv̄ dīc̄ dvoīv̄, secundum quam aqua & spiritus est spiritualis aqua, vel aqueus spiritus & conferunt ad hanc figuram Matth. III. 11 ubi spiritu sancto & igne, est spiritu ignito. Verum si etiam maneamus in hac figura, nihil efficiunt, & suam hypothesin etiam hoc modo labefactant. Nam in Hendyadi est conjunctio quadam, nempe, ignis & spiritus non sunt separati, sed conjuncti in illo Symbolo ita h. l. ab aqua non potest separari spiritus sed per sacramentalem unionem conjunguntur.

4. Sociniani etiam admodum diligenter sunt in excogitandis Schematibus. Dicunt Christi



Christum inter alia appellari DEUM, ob di-
vinam potestatem, quam acceperit post re-
surrectionem. Nos opponimus Joh. XIII. 3.
& XVII. 5. ubi sermo de Christo ante Ejus
resurrectionem, in tempore præterito. So-
cinn. habent hic aliquod effugium, quo
sum errorem pallient, esse scilicet in priori
loco Enallagen. Præter. pro Fut. h. m. *Daturus*
est: in posteriori similiter Enallagen Aoristi
pro Fut. scilicet, *quam habiturus sum.* Resp. ex
Grammatica, Imperfectum, Perfectum & Ao-
ristos in Lingua Græca nunquam in Indica-
tivo permutari, aut ponî pro Futuro per E-
nallagen. Limitamus vero Regulam, quan-
do eam restringimus. α) ad Indicativum, nam
horum temporum alia est ratio in reliquis
modis. β) ad characterem historicum & o-
ratorium: nam in charactere Prophetico
propter certitudinem rei saepe Præter. pro
Fut. ponitur. Regula autem firmiter potest
applicari ad H. cc. ubi Indicativus est, & sty-
lus historicus. Alia graviora argumenta
continet ipse contextus, Joh. XVII. 5. Non
enim simpliciter dicitur: *Quam habui;* sed
additur: *Antequam mundus esset.* Ex quo pa-
tet, non de re futura sermonem esse. Et Joh.
XIII. 3. contextus quoque subministrat aliud
argumentum: Duo dicuntur ibi de Christo,
quæ conjunguntur per partic. *nam.* Quem-
admodum igitur accipiens est egressus à
DEO; ita & omnium in manus traditio.

G s

s. Di-

5. Diximus, Aoristos Indicativi non ponit pro Futuro. Sed hic objicitur locus intricatus ex Matth. XXIII. 35. In Græco est ἐφοεύσατε. Communiter statuitur, Zachariam intelligi illum, de quo 2 Par. XXIV. 21. Sed a) utriusque sunt diversa nomina. b) Christus ab initio mundi cœpit recensere sanguinem injuste fusum, usque ad sua tempora. c) Alius etiam Zachariæ meminit Josephus L. IV. de Excid. Hieros. cap. 19. qui ait, fuisse filium Baruchi, quod convenit cum h. Constant. l' Empereur pag. 82. in Tract. Talm. Middoth putat esse Enallagen Aoristi pro Fut. ut sensus, quem occisi estis, quam interpretationem amplexus etiam est postea Joh. Coccejus in Notis ad Zachar. & Lud. de Dieu ad Matth. l.c. Atque ante hos omnes Franc. Junio placuit hæc sententia, ad h. l. Qua quidem ratione non labefactaretur nostra Regula, cum Christi verba ita fuissent Prophe-tica. Conf. B. Calov. ad Zach. I. 1. Lightfoot in Horis ad h. l. pag. 426. objicit, hoc durius esse, cum Christus expresse dicat, ἐφοεύσατε & illum Zachariam, ante excidium occisum, non fuisse dignum, qui inter Prophetas referretur. Sed prius petit principium; alterum autem refellit Josephus l.c. ubi vocatur illustrissimus in hac gente, vir justus, dives, pius, & qui obstat erit ausibus impiorum constanter, ita ut absolutus à judicibus, contra ius fasque ab impiis in medio occideretur.

&



& pœnam excidii Josephus refert ad culpam
hujus viri innocentis interfæcti.

6. Incidit hic etiam locus, quem tractat B.
Hackspan. in Notis Theol. Philol. Joh. III. 13. ubi
habetur ἀναβέβηκεν. Socinn. geminum fin-
gunt adscensum: *Hackspan.* non insolens esse,
ait, Præter. poni pro Fut. Sed, si loquatur
Græce, utique insolens est, nisi capiatur Pro-
phetice, quod hic fieri non potest, quia re-
citatio est Historica. Observandum tamen,
tempora Præter. & Aoristos sæpe notare a-
ctionem consuetam & possibilem, h. m.:
Niemand pflegt / oder mag gen Himmel steigen.
Hæc significatio temporum in confesso est
apud omnes Grammaticos, & h. l. sermo est
de propria virtute, quo sensu utique hic lo-
cus interpretandus est. Subjicit quidem
Hackspanius aliam expositionem, per Hebrai-
smum, ut adscendere in cœlum sit, rimari
cœlestia mysteria. Sed fictitius est hic He-
braismus. Adducit quidem Deut. XXX. 12.
Sed falsum unum, ut alterum. Deuteronomio,
enim verba sunt proprie accipienda, non
metaphorice.

7. Redeamus jam ad *Socinianos*. Joh. VIII.
56. faciunt Enallagen duplicem, Indicativi
pro Conjunctione, scilicet, *exul-*
asset. *Videret diem meum* exponunt conditio-
naliter per Enall. ut sit sensus: Abraham
gavisus esset, si diem vidisset meum; & si
vidisset, gavisus esset. **Quod** tamen non est
He-



Hebraismus, cum frequens sit talis mutatio
Indicativi pro Conjunctivo. Sed ex argu-
mentis Grammat. controversia dirimi
quit. Nos dicimus, verba capienda esse, ut
jacent; illi negant. Itaque alia querenda
sunt remedia: α) Quando contextum con-
sideramus, apparet, Iudæos verba Christi
blasphemiam accepisse; adeoque, ut jacent
& uti nos hodie capimus. β) Si conferatu-
rotius disputationis institutæ scopus, non po-
est aliis esse sensus, nisi indicativus & cate-
goricus, omnia eò collimant. γ) Si inter-
pretationem Sōcin. retineremus, esset insi-
lens & inepta tautologia, aliena prorsus
Scriptura sacra.

8. Similiter Socinn. depravant verba Joh.
I. 3. quasi esset Enallage simplicis facere, pro
composito reficere, sive restaurare: addun-
rationem, N. T. scilicet constare Hebraismus.
Sed illud etiam in usu est Græcis, qui tamen
innumera habent composita: unde ex Gram-
matica lis præsens non potest decidi. Quan-
quam hoc tamen valeat, nullum compositum
ex γίνομαι significare restorationem. Dein
de quoad rem ipsam conferendus v. 10. ut
mundus per Christum factus dicitur, nec ta-
men ipsum cognovisse, inter quos sunt im-
pii, non regenerati, sive restaurati à Christo
scilicet actu secundo, & tamen omnia h. l.
Christo facta dicuntur. Quare quia hic la-



tior significatio creationis intelligenda venit,
strictior illa Socinn. nihil obtinet.

XXXV.

Neque ἀναγλαπόδοτα, ὑπέρβατα, παρενθέσεις,
συγχύσεις, μακρολογίαι, &c. in N. T. sine
causa statuenda sunt.

Ἐκθεσις.

§ 1.

Nimirum quia hæc schemata fere inter orationis vitia reponuntur à Grammaticis, quæ etiam perspicuitati repugnant, probe considerandus contextus est, ne sine causa ac temere tales figuræ afferat Interpres.

2. Veruntamen non semper censeri debent vitia, cum sic comparata sint, ut animi perturbationibus exprimendis & rerum ipsarum genio declarando inserviant: quibus ideo & S. Scriptores usi sunt, cum ob vehementiam quasi extra se rapiuntur in describendo mysterio, aut delineando affectu.

§ 3. Et sane multo plura schematum horum exempla observare licet in profanorum monumentis. Scilicet si temere hujusmodi schemata orationi inferantur, vituperanda sunt; ubi autem pro materiae subjectæ ratione usurpantur, laudem omnino merentur. Vid. Voss. Institutt. Oratt. pag. 38. Hieron. Wolff. To. VI. in Demosth. pag. 90. Flacius, P. II.

Clavis,



Clavis, ubi de stylo N. T. agit, ac de Schematis Pauli, erudite hanc rem tractat; & P. Martyr, Præfat. Comm. in Epist. ad Rom. 10. geni, Paulum propter schemata culpanti, eruditus respondet.

§ 4. Ita Luc. XIII. 9. reperitur verum *Anapodoton*, quod plane est ex usu Græcorum & ex subjectæ materiæ natura ac conditione itemque scribentis scopo est supplendum. Parabola h. l. repetenda tota à v. 6. Quid cui debeat facere, non expressum; facile tamen intelligitur. De similibus exemplis conf. Voss. L. IV. Instit. Orat. p. 35. Waleus ad h. l. & B. Er. Schmidius. Erasmus multa Anapodotorum exempla in N. T. inserit falsissima. Ita Act. III. 19. 20. statuit *ἀναπόδοση* sed loci hujus cohærentia est clarissima, & partic. ὅπως ἀν omnem peperit difficultatem *Vulgatus* vertit: Ut, cum venerit, &c. Sed ἀν non significat, ut cum. Erasmus supplet verba: *Salvi sitis*; alii aliter. Verum si integra Petri concio h. l. expendatur, sermo non est de secundo, sed primo Christi adventu, & partic. ὅπως ἀν, quod contra Lexicographos primus observavit Beza, inter aliis significat, postquam, nachdem / quandoquidem, sumemahl/ quam interpretationem secutus B. Schmidius, & aliis exemplis confirmavit. His vertendum, quandoquidem, quod congruit cum scopo orationis Petrinæ. conf. seqq. Beza itidem commentus est *Anantapodoton* i Cor.



XII. 28. Sed usus Græce loquentium ipsum decepit. Dicitur enim ἐς μὲν, putabat vero Beza, necessarium esse, ut sequeretur ἐς δέ, adeoque aliquid in contextu orationis deesse. Sed nihil deest, sequitur enim: Ἐπειτα δύναμεις, quæ est redditio, quam non obser- vavit Beza: nam sæpe apud Græcos post μὲν sequitur ἐπειτα, sine partic. δέ. Hujus ge- neris exempla sunt innumera apud optimos Græcos autores. Conf. *Æmil. Portus* ad L.IV. Xenoph. pag. 809. *Lucian.* To. I. p. 159. 289. *Aristot.* L. IV. Polit. c. 5. & 8. & Lib. VII. Ethic. Nicom. c. ult. &c. Ad locum Paulinum no- tetur, quod genus orationis mutaverit, in principio usurpavit vocabula concreta, post- ea abstracta, eodem tamen sensu: Δύναμεις igitur concretive exponendum, quod pauci observarunt, nempe de viris, virtute & pote- state præditis, qui haberent virtutem, edendi miracula, donum sanandi miraculose, &c. Et sic nullus restabit hiatus. Sæpe enim po- nuntur abstracta per concretis in N. T. atque hujusmodi transitus est frequentissimus. Vid. *Æschyl.* in Prometh. v. 144. 146. & Scholiastes: *Sophocles* in Electra, v. 206. 209. & Scholiastes: *Eustathius* quoque ad Odyss. v. 202. 205. p. 1559.

§ 5. Ita *Hyperbaton* occurrit Eph. II. statim ab init. usque ad v. 5. cum quo connectitur verbum συνεχωροῖσθε, itaque v. 5. demum in- fertur, quod pertinebat ad v. 1. Apud Pro- fanos, Græcos & Latinos similia reperiuntur exem-



exempla. Conf. Voss. p. 734. Sed Eph. III. init. male assentur Hyperbaton. B. Er. Schm. per integrum caput statuit Hyperbaton, c. III. 1. cum v. 1. c. IV. connectit, qui per regulam Grammat. in hanc sententiam inductus est, scilicet subjectum designari per prefixum Artic. existimat, subjectum & praedictum esse divisa, subjectum esse in principio c. III. & praedicatum in cap. IV. Sed Regula supra fuit exposita: tum enim præfigitur Articulus subjecto, quando illud non exprimitur per nomen proprium; sed h. l. subjectum exprimitur p. in Pronom. εγώ p. nomine proprio, *Paulus*.

§ 6. Ita Joh. I. 14. rationes Grammat. evincunt, nomen ονόματος, & adject. πλήρης ei conjungenda, coetera autem verba Parenthesi includenda. Lud. de Dieu putat, πλήρης cum μονογενῆς connecti posse. Eph. II. inter v. & 6. aliqua habetur parenthesis, & causa inseritur, scil. gratia salvari estis. Sic apud Aristotelem in principio Physicorum parembole incurrit.

§ 7. Sic 1 Cor. IX. 10. Trajectio est, ubi analysis Gramm. instituenda secundum idiomatum & consuetudinem Graece loquuntur. Verba non satis videntur cohærentia nec gignere commodum sensum. Sed notetur, quod ex præced. quædam verba subaudienda, nempe, qui triturat, debet tritare sub spe, nam verba ultima, ἐπ' ἔλπι

con-



conjugenda cum verbo αλογῷ: jam Insin.
Schm μετέχειν cohæret cum Genit. τῆς ἐλπίδος, ut
on, nempe particeps fiat suæ spei, meton. pro re
per r sperata. Conf. B. Lutheri versio, & apparebit,
n ind. quomodo ipse ordinaverit verba. Locus
er pra 2 Cor. IV. 4. crucem fixit omnibus Interpret
rædio bus, & Græcis & Latinis. Hic disquiritur,
incip quorsum pertineant verba: *Hujus seculi*; an
Regul Deus hujus seculi sit conjugendum? statue
ræfig runt plerique *trajectiōnēm*, vel, ut *Irenaeus* loqui
on ex tur, hyperbaton, & verba, *seculi hujus*, retule
l. Sub runt ad τῶν απίστων, h. m.: *In quibus Deus*
p. no (hic quiescendum lectori) *excœavit mentes in*
t. evi *fidelium hujus seculi.* Quando dicitur hoc se
ns ell culum, cum Pron. demonstrat: illud Prono
irenae men est terminus diminuens, & Scriptura
ns cum passim sic loquitur, Joh. XII. 31. XIV. 30.
er v. XVI. 11. &c. eademque appellat diabolum
ā infi principem hujus mundi, dicitur autem ita
Arist ad distinctionem seculi futuri, in quo dia
le on bolo nulla amplius potestas est. Hinc nulla
ebi A causa, quare quicquam mutemus in oratio
n idio ne. Eph. III. 18. conjunctio ἡνα est scite *tra*
que *jecta*, unde aliter distingui debet textus, ac
aerent distinctus est: neque opus, ut barbaram *E*
ed no nallagen statuamus cum *Lud. de Dieu.*

§ 8. Ita Macrologiæ in N. T. occurunt, ad
a sub quas pertinent Pleonasmi, ubi unice consu
tritu lendus usus, & ex linguae propria indole &
ēlpi consuetudine judicandum. e. g. Matth. V. 2.
con Et aperiens os suum &c. Ab Apostata Juliano

H &



& à Porphyrio Philosopho hæc figura crebra fuit usurpata. Conf. Spanhem. P. III. Dub. E. pag. 374. sq. ubi refutat profanos calumniatores ex usu Latinorum, de Græcis nihil habet. Similia legi possunt apud Æschyl. in Prometheus. v. 612. apud Lycophron. init. operis, quo vocatur Cassandra, apud Lucian. To. III. f. 575. & To. II. p. 684. Sic μανερολογος. Matth. XXI. 24. ubi idem bis dicitur. Luc. VI. 37. itidem exemplum est. Et Joh. I. 20. confessus est, & negavit, quæ locutio magnam habet vim. In Profani: Salva navis est, & non perire. Scilicet talia non sine emphasi dicuntur; sed habent laudem, si commode inserantur. Hujus schematis exempla sunt innumera. apud Profanos, nec apparet, quare culpam reantur in Sacris. Vid. Præcaum in Notis Aëtor. XIII. 11. Arn. Boot. L. III. Animadv. cap. II. §. 5. Tho. Stanlejum in Not. ad Æschyl. Choëph. v. 5. & 7. Conf. Hackspan. ad Matt. VII. 43. Voss. L. IV. Instit. p. 35.

XXXVI.

Quicunque locus in N. T. de Christo & temporibus N. T. allegatus est, is etiam de Christo temporibus N. T. loqui statuendus est secundum literalem sensum suum, nisi manifestis rationibus contrarium evinci queat.

Expl.



Explicatio.

§ 1.

Regula hæc est B. *Seb. Schmidii*, quam probat ex Hebr. III. 7. ubi Psalmus XCV. de Christo & temporibus N. T. citatur. Vid. Comm. in Ep. ad Hebr. p. 336.

§ 2. Sic B. *Brent.* ad Esa. XL. 3. *Vox clamans in deserto &c.* pulchre differit: Evangelistæ, qui sunt veri, ac divinitus electi Interpretæ Propheticorum Scriptorum, manifeste ostendunt, hunc locum non secundum allegoriam, sed *natura τὸ φυτὸν* de Joanne Baptista intelligendum esse. *Quare ne Angelus quidem audie-* *dus est, si quis hunc locum aliter, quam de Joanne Ba-* *ptista, interpretaretur.*

§ 3. Ita B. *Æg. Hunnius*, Psalmum XLV. de Christo agere, probat ex citatione Apostolica, Hebr. I. dicens: *Habes luculentam explicationem, eamque à DEI Spiritu profetam, hæc nimirum ad Filium esse dicta.* Quod argumentum, testimonio Psalmi superstructum, fatiscet totum, imo corruet, si ad alium, quam Christum, verba illa Psalmi pertinere contendas. *Opp. To. II. p. 644.*

§ 4. Quod si Regulam hanc, in explicandis Scripturis necessariam, *Calvinus* in primis atque *Grotius* observassent, haud ita veterotorie testimonia Spiritus S. de Christo ejusque Regno agentia, elusissent, & in aliud plane sensum detorsissent. vid. B. *Ægid. Hunnius* in Cal-

vino Judaiz. & B. Calovius in *Bibliis Anti-Gr.*
 Et hodienum adversus hanc Regulam à variis
 Scripturæ interpretibus varie impingitur.
 Impia sane hypothesis est, quam fovet *Anatolius*.
Observ. I. Tomi I. Hall. his verbis: *Scriptores sacri*
N. T. dictu V. T. in quibus de Messia non agitur,
Messiam retulisse. Id vero, si concedatur,
Φάλεια sermonis Prophetici evanescit.

§ 5. Observes autem, ut firma & omnime
 ceptione major argumentatio est: Evangelistæ & Apostoli V. T. dictum de Christo ex
 plicant, E. non alia interpretatio quærenda
 est; ita vicissim non possim negative colligere: Scriptores N. T. de hoc vel illo dicto
 nihil admonuerunt, itaque literali sensu de
 Christo Servatore non agit. e. g. Gen. XLIX.
 v. 10. ut luculentum de *Adventu Messiae*, Job.
 XIX. 25. de *Resurrectione* Ejus testimoniorum
 accipimus, licet in N. T. non allegetur. Da
 tur enim alia quoque subsidia, per quæ *ἀντίρρητως* hoc evinci potest, idque methodus
 Apostolica. Sic Paulus, *Psalmum XVI.* dicit
 Christo agere, solide ex contextu proba
 hoc modo: David quidem, cum suæ animæ
 inserviisset consilio DEI, dormivit, & ap
 positus est ad Patres suos, *viditque corruptionem*.
 At is, quem DEUS suscitavit, *non vidit corrup
 tionem.* Act. XIII. 36. 37.



XXXVII.

Similiter, cum Scriptura N. T. aliquid IMPLETUM dicit, QUOD PRÆDICTUM FUIT PER PROPHETAM, illud non de typica accommodatione, sed vera prædictione, expōendum est.

Explicatio.

§ I.

Sic Hos. XI. 1. ex Aegypto vocavi Filium meum, reditum Christi ex Aegypto literaliter prædicti, patet ex allegatione Evangelistæ, Matth. II. 15. qui diserte dicit, hanc Hoseæ Scripturam impletam esse, cum Christus ex Aegypto rediret, non simile tantum quid accidisse innuit. Conf. B. Reinhart. in Hermenevt. S. p. 493. seq. Et sensus loci per se est facilis. Thesis nempe divina est, magnum esse & eximium amorem suum erga populum Israël. Quæ thesis probatur gemino argumento. Prius inde petitur, quod Deus Israëlem jam dilexerit, *cum adhuc esset puer.* Posterius in eo versatur, quod nondum desierit diligere, sed post longam annorum seriem ingenti beneficio Israëlem afficere constituerit; scilicet se in gratiam Israëlis aliquando Filium suum unigenitum ex Aegypto evocaturum, ut Israëli Evangelium annunciet &c. idque tam certo eventurum, ac si jam factum esset.

H 3



esser. Ita scilicet ex Lege Hermenevica vocis *Filiī mei* proprietas eo usque retinenda est donec impropositatem literæ necessitas imperet.

§ 2. Sic Matth. II. 17. in Herodis infanticio Bethlehemitico *impletum* dicitur vaticinium *Jeremiæ* de planctu Rahelis super liberos suos; ubi solida B. *Æg. Hunnii* Exegetis est. Hæc verba etsi possunt secundum literam etiam exponi de populi Hebræi miserabilis clade, quæ accidit tempore captivitatis Babylonicae, tamen ratione typi, imo vero principaliter de infanticio isto agit & vaticinatur ibi Dominus. Multa quippe sunt in eo Cap. XXXI. quæ palam arguunt, de temporibus adventus & Regni Messiæ id totum esse intelligendum. Cujusmodi etiam est hoc: *Novum creo in terra, dicit Dominus, fæmina circumdabit virum.* Similiter exstat ibi præclara promissio *novi fœderis*, sub quo Dominus remittere illis velit peccata, & iniquitatis illorum non recordari amplius; quæ ad regnum Christi sub N. T. refert auctor Epist. ad Heb. VIII. Quin & alia complura occurrunt ibi quæ ad Jeremiæ tempora neutiquam accommodari possunt, in primis quæ memorantur de beneficiis præstandis ipsis quoque gentibus. Sic omnes circumstantiae, totusque antecedentium & consequentium contextus ostendit, verba Prophetæ vero sensu ab Evangelista esse allegata. Opp. To. III. p. 41. Conf. B. Dorsch. in Pentades. p. 121. sq.

§ 3. Sic Joh. XIX. 36. dicitur : *Facta sunt
hæc, ut SCRIPTURA IMPLERETUR : Os non
confringetur ejus.* Quo innuitur, agnum Pa-
schalem typum Christi, in ara crucis immo-
landi, extitisse, ejusque præfigurationem,
etiam quoad ossa non confringenda, in
Christo implendam fuisse. Conf. i Cor. V. 7.
Optime Chrysost. in Joh. Hom. 84 : *Licet de Judæo-
rum agno hoc dictum sit, transiit tamen figura illa
ad veritatem, & multo magis in eo impleta est.* Sive,
ut B. Hulsem. explicat, plena intentio illius di-
cti, os non confringatis illi, hæc est : *Nec agno, nec
Christo, per agnum typice præfigurato, os com-
minuendum esse.* Prius enim factum est, ut imple-
retur posterius ; inquit diserte Johannes cap.
XIX. 36. &c. In Breviar. enucl. pag. 60. Et
metus de sensu gemino hic vanus est. Non
dicimus, quasi de agno paschali sensu literali,
de Christo vero sensu mystico loquantur. Nam
Pronomen *EI* Exod. XII. non respicit, nisi
agnum paschalem. *Impleta autem dicitur*
Scriptura illa Mosaica, Joh. XIX. non quod
verba illa Mosaica de Christo loquantur, sed
quia *impletum est in antitypo*, quod ibi *adumbra-
tum in typo*, & consummatum est illud, quod
ibi Spiritus S. intendit per *mandatum ceremoni-
ale* præfigurare, adeoque exhibetur verum
πλήρωμα mandati istius & causæ, quam Deus
in hoc mandato respexit. Breviter : *In re
ipsa adumbratum fuit, Christo crucifixo ossa
non frangenda, non autem per verba Mosaica*

H 4

id



id significatum, in quibus talis sensus non obtinet. vid. B. Calov. Prolegom. Comm. Genes. p. 96.

§ 4. Reni omnem expediat idem, ὁ πατὴρ Calovius, qui adversus Spanhemium, accommodationem quandam typicam in hujusmodi locis statuentem, ita: Exempla, quae produxit Spanhemius Dub. 72. minus luculenta sunt, non que hoc, quod ipse vult, probant: nempe impleri quandoque dicitur Scripturam impudice & secundario, αὐλογιῶσιν vel παραδειγματικῶσι, quando simile quid contingit illi, quo jam olim vel factum, vel dictum, vel praeditum. Nam locus Esa. XXIX. 13. respicit illos ipsos, quibus applicatur Matth. XV. 11. Et vaticinium Esa. VI. non per accommodationem tantum, sed directe impletum fuit in auditoribus Christi, Matth. XIII. 14. vid. suo loco. Neque per meram accommodationem & transumtionem adducitur Ps. LXXVIII. 2. ab Ezechia, c. XIII. 34. 35. Nam idem ille, qui in Psalmo ait: Aperiam per parabolam os meum locutus est apud Marthæum in Parabolam. Non applicatur hoc tantum Christo, sed Christus locutus est per os Psaltis. Rom. IX. 29. meram tantum accommodationem esse locum Esa. I. 9. negamus; contrarium in explicatione loci Esa. ostendimus. Quod ad Matth. XXI. 13. cum ad institores sui temporis à Christo applicatur, quod de Judæis suæ ætatis jam olim à Jeremia dictum, c. VII. 11. non adhibetur.



betur phrasis illa, ut impleretur, aut, tum *im-
prium est*, quod per *Jeremiam prædictum*, ut h. l.
(*Jer. XXXI.*) sed simpliciter dicitur, γέγραπται,
scriptum est. Neque opus est, ut fingamus
*improprium illum Scripturæ implendæ mo-
dum*, cum nulla cogat necessitas, ad im-
proprietatem recurrere. *Bibl. Ill. V. T. To. II.*
fol. 450. b.

XXXVIII.

*In primis vero ACCOMMODATIONES & AL-
LUSIONES PHOTINIANÆ in Novi Fæderis
explicatione cane pejus & angue fu-
giendæ sunt.*

Explicatio.

§ I.

Nimirum in Oraculis V. T. quæ Messiæ Di-
vinitatem demonstrant, & à Scriptoribus
N. T. de Christo allegantur, Photiniani di-
stingvunt inter expositionem literalem &
quamcunque allusionem sive accommoda-
tionem divinorum attributorum ad Chri-
stum. Negant proinde oracula illa de Chri-
sto literaliter agere, sed Evangelistis & A-
postolis solenne esse, ut phrasin, de DEO
adhibitam, per allusionem saltem de Christo
usurpent.

§ 2. Ita Esa. XLV. 23. *Vivo Ego, dicit Dominus,
miki se flectet omne genu. &c.* Rom. XIV. 11. de
Christo literaliter adducitur. Verum Pho-

H 5 tiniani



tiniani accommodationem concedunt, sed sensum de Christo literalem hic esse, negant ideo, quod is demum verus Deus sit, quia per seipsum juret, & cui jurare teneatur omnibus lingua. Talia autem Christo minimi convenire ajunt. Sed enim vero, cum Christus cum Patre unum sit, Joh. X. 30. i. Joh. V. 7. idemque Deus benedictus in secula Rom. IX. 5. idem quoque honor, eademque Majestas Christo, ceu vero DEO, tribuenda est.

§ 3. Ita Esa. XLI. 4. c. XLIV. 6. c. XLIX.
12. *Ego sum primus & ultimus*, literaliter de Christo explicatum videmus, Apoc. I. 8. cap. II. 8. Sed Photiniani alio sensu id de DEO alio autem de Christo usurpatum contendunt. Verum quid certi tandem relinquunt nobis in Scripturis, si ita ludere cuius est integrum?

§ 4. Ita cum Esa. XXXV. 4. 5. 6. dicitur *Ecce DEUS vester &c.* repetitur illud Matth. XI. 5. de Christo, talia miracula perpetranta sed iterum Sociniani ad accommodationem recipiunt, ut oraculum hoc enervent. Nam enim per omnia agunt homines nequissimum ut veram Christi Deitatem inficiantur. videlicet Theod. Hackspanii Diff. de Accommodationibus, qui habetur in *Sylloge Disputt.* p. 417. sqq.

§ 5. Recte adeo assertimus cum B. Stephanio Klotzio, quoad dicta Scripturæ, in quibus de Messia agitur, absconum est dicere, allusio

nen



nem tantum fieri ejusmodi citationibus, & quidem præter mentem Spiritus S. præsertim quod non illustrationis tantum gratia, sed probationis etiam, quod hic JESUS Nazarenus sit verus Messias, adducta sunt, eo quod ab illo, & circa illum impleta legantur, quæ de Messia in V. T. olim prædicta fuere. At si mera esset accommodatio, & quidem præter Spiritus S. mentem, probatio solida utique non esset, &c. vid. Tr. de Dolorib. p. 89.

XXXIX.

Interim in quibusdam aliis, ob similem rationem, accommodatio dicti aut facti ex V.T. concedenda est.

Prob.

I.

Sic Paulo licuit, historiam de Manna Exod. XVI. 8. transferre ad liberalitatem erga pauperes, 2 Cor. VIII. 15.

2. Sic idem mandatum div. de bove triturante, Deut. XXV. 4. ad beneficium, erga Doctores verbi exhibendum, applicat, 1 Cor. IX. 9. 1 Tim. V. 18. Conf. B. Noldius in *Concordant. Partic.* p. 882. in.

3. Non placet vero, quod idem hoc referat Psalmum XIX. ab Apostolo de divulgatione Evangelii Rom. X. 18. allegatum. Ita enim disputationi Apostolicæ seriæ & accuratae omnis præciditur nervus, si verba Psalmi citata



citata non de exitu Evangelii in universa terram loqui, sed Apostolum tantum suo proposito *accommadar* dicas. Cum sensus commodatius docere quidem possit, autem probare. vid. B. Seb. Schmidium *Prophet. de Christo*, pag. 52. & in *Colleg. Bibl.* pag. 77.

4. Sicut nec placet, cum B. Glassio in *Log. S.* p. 20. asserere, Rom. X. 6. ad verba Mosis Deut. XXX. 11. 12. tantum allusionem quadam fieri. Pulchre B. Calovius : *Non aliud sensus in Mose, alias in allegatione Apostolica quasi Moses loquatur de facilitate legem intelligendi, modo lex quotidie legatur, animo quo retineatur ; Apostolus vero loquatur de facilitate Evangelii ; quia illud, quod obvium est dixit Moses, exposuit Apostolus, quod sit verbum, non Legis, sed Evangelii, & convenire portet textum & explicationem textus, ne de disparatis, qualia sunt Lex & Evangelium sed de iisdem agant, necessum est, si probat explicatio. Diserte autem Apostolus, τετέσι το πῦμα τῆς πίτεως &c. Bibl. illustr. N. I. To. II. fol. 175. a. conf. Ej. Theol. Apostol. Rom. pag. 422.*

5. Sic Gal. IV. 22. historia de duobus filiis Abrahami, uno ex ancilla, altero ex liber sensu allegorico citatur, & ad differentiam Legis & Evangelii applicatur. ἡ τινά εἶναι αἱ γοργούεντα &c. v. 24. conf. B. Glass. in *Log. S.* p. 20.

6. Si



6. Sic & nonnulli locum Esa. LXIV. 4. qui agat de vita æterna, ab Apostolo sensu alio adhibitum volunt, 1 Cor. II. 9. Verum Prophetam loqui de sapientissima illa œconomia salutis, in Christo & per Christum, à Deo ab æterno prædestinata, patet 1. è verborum Propheticorum perspicuitate. De illis enim sermo est, quæ à seculo non audiverunt &c. quæ in primis sunt mysteria de Christo. Et explicat Apostolus ipse, quænam sint illa, quæ præparavit nobis Deus, quæ nemo cognovit &c. ea nempe, quæ à Deo nobis dantur, v. 12. ideoque omnia gratiæ dona & bona comprehenduntur illis, quæ nobis à Christo præparata sunt: conf. Matth. XXII. 4.

2. È verborum συνεχεία. Nam de illis agitur, quæ præstitit, cum cœlos disrumperet, & de cœlo descenderet. Vid. B. Calov. Bibl. Illustr. V. T. To. II. f. 359. seq. Alias B. Gerhard. utrumque sensum conjungit, Loco de vita æt. § 48.

7. Nescio an huc referam locum Rom. IX. 29. ubi Esa. I. 9. *Nisi Dominus Zebaoth reliquisset nobis* &c. secundum literalem sensum citari, vult B. Calovius. Sed B. Theod. Schnepfius ita haud inconcinne: Cum verba Prophetæ aperite ostendant, tum, cum ista ipse concionaretur, illam cladem Hebræis accidisse (dicit enim: *Quorsum percutiam vos amplius*) non possunt hæc de futura aliqua calamitate accipi. Paulus autem, citans verba nostri Pro-



Prophetæ, hoc vult dicere, rectissime id, quod
de suorum temporum calamitatibus vatis
ille concionabatur, de abjectione illa He-
bræorum postrema dici posse, ubi paucissimi
remanserint, qui Evangelium Christi secta-
rentur, & illam priorem vastationem esse ad
umbrationem & typum illius ultimæ, quando
populus omnino abjectus est. *Schol.* in *Ej.*
p. m. 16.

XL.

*Unum idemque dictum V. T. nonnunquam ad
diversum scopum in N. T. applicatum
oberves.*

Prob.

I.

Sic dictum Hos. VI. 6. *Misericordiam volo, &
non sacrificium;* applicabat Christus ad con-
versationem suam cum publicanis & pecca-
toribus. Matth. IX. 13. Alia autem vice ad
licitam spicarum evulsionem die sabbathi
c. XII. 7.

2. Sic Psalm. XXIV. 1. *Jehovæ est terra* ~~et~~
diversimode ab Apostolo accommodatur
1 Cor. X. 26. 28. *Quia enim terra & omnia
in ea sunt Christi ac Christianorum, licet illi
omnibus uti in N. T. ubi Leges ceremoniales
Mosis desiere: & contra, quia infirmus fra-
ter etiam est Domini hujus frater, is non est
temere offendendus, cum alia sint in mundo,*
quibus



quibus firmior potest vesci, quam idolothyta.
Ita diversam unius dicti allegationem expo-
nit B. Joh. Tarnov. Comment. in Psalm. Grad.
pag. 143.

3. Sic dictum Ps. II. 7. adducitur jam ad *a-*
eternam Filii DEI generationem probandam, Ebr.
I. 5. jam ad *resurrectionem*, Act. XIII. 33. iterum
ad *constitutionem in Officio Sacerdotali demon-*
strandam. Hebr. V. 5.

4. Aliud exemplum promit *Andr. Hyperius*
his verbis : Non insolens est, unum eun-
demque locum ex historia variis argumentis
explicandis adhiberi. Sic enim verba illa,
Gen. II.: *Erunt duo in carnem unam*, in Evangelicis
scriptis invenimus ad diversas causas
translata ; neque interea usque à germana
sententia eorundem discessum est, aut detor-
tum dici aliquid potest. Primum quidem
Christus ea usurpat Matth. XIX. ad proban-
dum , quod non liceat uxorem quavis de
causa, more Judæis recepto, repudiare, & al-
teram in matrimonium ducere : Hæc insi-
gnis doctrina est. Ex iisdem verbis Apo-
stolus ad Ephes. V. ratiocinatur, arctissimam
esse mariti & uxoris conjunctionem, charita-
temque indissolubilem. Ubi sane egregia
institutio commendatioque est vitæ conju-
galis proposita. At prioris Epist. ad Cor. VI.
colligit ex illis verbis, eum, qui scortatur,
membra sua facere membra meretricis. Fa-
ciunt



ciunt igitur eadem verba ad morum correctionem. *De Ratione Studii Theol.* p. 305. sq.

5. Similiter B. *Baldinus* notat: Observatio dignum est, quod unum Propheta dictum ab Apostolis N. T. allegatur sensu diverso, sed non contrario. Sic quod *Esa. XLIII.* dicit: *Vetera præterierunt, & omnia nova facta sunt*; id Paulus allegat 2 Cor. V. de renovatione hominum, facta per Christum in Evangelio: D. *Johannes* id allegat de gloria beatorum in altera vita. Apoc. XXI. 5. Ap Pauli allegatio est vera loci Prophetici interpretatio, ut constat ex textu Prophetæ; D. *Johannis* vero est tantum quædam ad istum locum allusio. *Comm. in Epp. Paul.* f. 651. a edit. in fol.

6. Interim è diversa dictorum V. Test. in Novo accommodatione nec potest, nec debet diversitas ac pluralitas sensuum colligi. Cum aliud sit, sensum alicujus dicti literalem exponere, aliud, præsupposito illo, recto comprehensam, dictumque adeo ipsum, diversis modis accommodare, & plures usus adhibere. Ut bene *Andr. Kesler* in pecul. de hoc argumento Disput. habit. observat, th. 48. Breviter: *Sensus simplex, sensus vero multiplex.*



XLI.

Pleraque Loca de Messia in N. T. per consensum
Antiquitatis Judaicæ citantur.

Prob.

1.

Sic cum Christus ipse Psalmum CX. citet adversus Phariseos, ad comprobandum, quod Messias non sit tantum filius Davidis, & nemo potuerit EI respondere, Matth. XXII. 44. seq. manifeste appareat, quod Judæi, cum adhuc essent populus DEI, priusquam reuelatus erat Christus, uno omnes consensu intellecterint hunc Psalmum de Messia, alioqui Pharisæi statim respondissent Christo, hoc testimonium non esse idoneum. Observante B. Brentio *Homil. in Lucam p. m. 1010.*

2. Sic Psalmum II. de Christo allegat Paulus, Hebr. I. 4. 5. Id vero, cum Paulus hæc scriberet, in Ecclesia Judaica concessum fuisset, ex eo manifestum est, quia alias de his aliisque dictis, quod ad Messiam pertinerent, demonstratio facienda fuisset, sicut de Ps. XVI. 8. fecit Petrus, Act. II. 25. sq. & Paulus, Act. XIII. 35. 36. 57. Verba sunt B. Dorschei, Comm. posth. in *Epist. ad Hebr.*, p. 43.

3. Sic de toto capite I. Ep. ad Hebr. notat idem p. 68. in. Allegatio Apostolica imperitentissima & importunissima futura fuisset, si tanta elogia sine ulla probatione & præter

I

con-

consensum Hebraicæ Antiquitatis ad Messia applicata fuissent.

4. Similiter l.c. p. 400. observat de vano, Jer. XXXI. quod Hebr. VII. 8. allegat. Hoc vaticinium de diebus Messiae tempore Apostoli apud Hebræos communiter exactum esse, ex eo colligitur, quia id Apostolus pro concessione sumit, & sine ulla protectione de diebus Sacerdotii secundum ordinem Melchisedeci interpretatur.

5. Addo ex ejusdem *Dorschei Tract. de Nicola Chr. inconsut. c. II. § 2.* "Probabile tempore Evangelistarum in publicis Synagogis Ps. XXII. de Messia expositum fuit. Colligitur hoc ex eo, quia ita nude & commemoratione circumstantiarum ponderandarum, & ad probationem interpretationis necessariarum, Psalmi verba agant. - - Adde, quod Evangelistæ historice tantum, sed & apodictice illum Psalmum allegarunt, & quidem sub oculis doctissimorum Hebraicæ gentis. ,,

XLII.

Scriptores Sacri in Novo Fædere interdum V. T. allegant, quæ non immediate & directe sed per consequentiam rem probant.

Prob.

I.

Sic locus Esa. LIII. 4. *Vere dolores nostros tulisti*



principaliter & directe ipsa animi mala, mala scilicet culpæ designat, quibus oppositus est actus DEI irati & justitiae vindicatrixis. conf. 1 Petr. II. 24. *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo.* Nec tamen obstat, quin à Matthæo c. VIII. 16. 17. indirecte, minus principaliter, & per quandam subordinationem & consequentiam, de corporis etiam languoribus, à Christo sanandis, adducatur; aut quia à peccato suam habent originem, sicut mors, aut etiam, quia curatio corporis eo spectabat, ut animi quoque morbi sanarentur. Ita namque Evangelista concludere voluit ex consideratione vaticini Esaiani, & factorum Christi cum vaticinio collatorum: *Qui curat omnis generis morbos, idque solo verbo, ille est verus animarum etiam nostrarum Medicus.* vid. B. Dorsch. Theol. Zachar. P. I. p. 253. & fusius B. Klotz. Tr. de Dolor. animæ Christi p. 78. -- 92.

2. Sic Exod. III. *Ego sum Deus Abrahami &c.* adducit Dominus Matth. XXII. 32. ad resurrectionem mortuorum probandam, & hanc annexit consequentiam: *Non est Deus mortuorum, simpliciter talium, ut nec ulla ex parte vivant, nec unquam victuri sint, sed viventium.*

3. Sic Actor. XIII. 32. 33. ad demonstrandam Christi ex mortuis resurrectionem Paulus adducit dicta, Ps. II. 7. & Esa. LV. 4. quæ tamen non immediate & primario de ea agunt, sed inde tantum sequitur: *Si Christus*

I 2 est

est unigenitus DEI Filius, hodie in aeternitate genitus, impossibile est, ut caro, personaliter propria, vel corruptionem subeat, vel morte detineatur. Similiter, si Deus gratia Davidi promissam servare vult, Messias non debet interire, sed manere & regnare in aeternum. Frustra igitur Sociniani ex hoc loco obtundunt, Scripturam explicare Filii DEI à Patre generationem de Ejus ex mortuis resurrectione. Paulus enim, Ps. II. 7. allegans de resurrectione Christi, non negat, Filium a resurrectionem fuisse genitum à Patre, sed in resurrectione manifestatum & declaratum innuit, quod ante sub infirmitate latebat. Et enim explicat Paulus, Rom. I. 4. Declaratus Filius DEI ex resurrectione, docente B. Chemnitz LL. Theol. P. I. fol. m. 66. f. conf. similiter Hulsemann. in Vindic. Bibl. pag. 17. qui iuxta alia: Non sequitur, quo tempore Filiatio Christi plausibiliter innotuit, eo demum cœpit. Nota hic, Filium Deum unigenitum, qui ab initio fuit apud Patrem in tempore ter declaratum publice, & vel proclamatum DEI Filium: (1) In Baptismo Matth. III. 17. (2) In Resurrectione è mortui modo dictum. (3) Adscensione in caelos, ad Dextram DEI Sessione; Hebr. I. 3. & V. 5. iuxta B. Brachmand. System. Theol. To. I. p. m. 16. in. edit. in 4to. De cœtero alii Theologoi quo difficultatem allegationis Apostolicae melius declinent, & Socinianis os impudentes obstruant, negant, Psalmum II. de resurrectione



etione Christi allegari. Ita B. Dorscheus in Comm. avend. super Act. Apost. ad h. l. ait: Distinguendum inter ἀναστοσιν simpliciter, v. 32. & εκ τῶν νεκρῶν. v. 34. ἀναστοσις notat præsentationem, exhibitionem & constitutionem Messiae, v. 32. conf. c. III. 26. ubi non est resuscitans ex mortuis, alias bis debuisset resuscitari, semel Judæis, semel gentibus. conf. v. 23. h. l. ubi dicitur ἐγερομένος, simplex præsentatio. conf. similiter B. Clotz. Tract. de Dolor. pag. 206. B. Calov. Examen Libr. Crellii p. 296. & B. Lütken. Colleg. Bibl. p. 100. sq.

4. Itaque unus quidem est unius orationis Biblicæ sensus formalis immediatus & actu expressus, cuius tamen & aliis potest esse sensus virtualis, & per consequentiam atque argumentationem à sacris Scriptoribus inde evolutus, aut per hypothesin thesi, per effectum causæ succenturiatus.

XLIII.

Scriptores N. T. interdum citant non κατὰ τὸ φυτόν, sed κατὰ τὴν διάβολον, non secundum verba, sed secundum sensum.

Prob.

I.

Ita Hebr. II. 14. *Sicut infantes participes fiunt carnis & sanguinis &c. est insignis Paraphrasis Prot-Evangelii, Gen. III. 15. expositi, quod propterea pro tali Sociniani hactenus agnoscere*

scere noluerunt, quia in N. T. non sit aliun
gatum, cum tamen hic evidentissime appur
reat. Nam quod de *semine mulieris* dicitur
id constat ex ista κοινωνίᾳ σαρκὸς καὶ αἵματι scin
de qua Apostolus. Quod de *contritione* allu
ritur, id est expressum per καταργητὴν Apo
stolicam. Quod de capite serpantino assertum fin
id innuitur per *diabolum*, potestatem mortis hu
bentem, nam *caput* metaphorice notat ipsa D
potestatem. Quod de morsu calcanei adjicium co
id Apostolus exprimit per id, quod dicit, d
τὸ θαύμα τοῦ Redemptoris faciendam esse κατα
γητὴν ejus, qui habet potestatem mortis. In
dicat enim Apostolus, mortiferum futurum
esse illum morsum. B. Dorsch. Comm. post
in Ep. ad Hebr. p. 152. sq.

2. Ita Mich. V. I. Parum est, esse te inter mil
lena Iudea, allegatur Matth. II. 6. h. m. Neque
quam minima es inter chiliades Iudea; ubi nullus
inter Prophetam & Evangelistam contradic
tio, sed sensus idem, licet verba haud eadem.
Sensus apud Prophetam: Tantum abest, in
tu Bethlehem inter millena Iudea locum no
merearis, quia es parvum oppidulum,
illud potius pro exiguo habendum sit.

3. Sic Esa. X. 22. 23. fons Hebræus ita flu
Summa præcise definita erit, abundans iustitia:
mnino, inquam, summa, eaque exacte definita en
quam Dominus Jehova, Deus exercituum, factu
rus est in medio totius terræ. Locum hunc ci
tat Apostolus Rom. IX. 28. mutatis verbis
und:



sit all unde plurimi aliam lectionem fingunt; ve-
e app rum res in vado est, modo ita secundum li-
dicitu teram vertatur: *Summam enim colliget & præ-*
scindet à multitudine Judæorum incredulo-
ne ass rum mediante justitia fidei. Certe, inquam,
Ap summam in consilio DEI præcisam, exakte de-
serit finitam, faciet Dominus in terra. En! sensum
ortis eundem, mutatis saltem verbis. vid. pluribus
at ips Dn. Starck. Notas sel. in Ep. ad Hebr. p. 137. sq.
jicit conf. B. Scherzer. in præfat. Brevic. Theol.

4. Ita Eph. V. 14. allegatur locus ex V. T.
Quapropter dicit: *Experciscere, qui dormis, & sur-*
ge a mortuis, & illucescer tibi Christus. Quærunt
hic Interpretes, unde locus petitus sit? ubi
tutissimum videtur, dicere: Apostolum Esa.
cap. LX. quod de Messiae adventu agit, rede-
gisse in summam, atque sic contraxisse, ut
sensus tantum illius, non verba ipsa, expri-
merentur.

XLIV.

Scriptores N. T. saepius pro re nata in citatione
dicti quadam mutant, citra sensus
corruptionem.

Prob.

I.

Sic aliquando ordinem verborum nonnihil im-
mutant, ut Esa. LXV. 1. coll. Rom. X. 20.
1 Reg. XIX. 10. 14. coll. Rom. XI. 3. Zach.
Xl. 12. coll. Matth. XXVII. 9. 10.

I 4

2. Sic



2. Sic aliquando *detrahunt* nonnulla, q
nihil ad institutum præsens facere vident
Conf. Hab. II. 4. cum Rom. I. 17. Esa. IX.
cum Matth. IV. 15. Deut. XXIV. 1. a
Matth. V. 31. &c. & B. Tarnov. in Proph. m
p. 1444. fin. Edit. rec.

3. Sic *adjiciunt* aliquid, non ut immuta
sed potius illustrent sensum. Conf. D
VI. 13. cum Matth. IV. 10. Gen. II. 24. o
Matth. XIX. 5.

4. Sic aliquando *mutant personas*, sensu
nente integro. Conf. Zachar. XIII. 7. o
Matth. XXVI. 31. Psalm. LXVIII. 19. o
Eph. IV. 8. item *numerum*, ut: Deut. VI.
coll. Matth. IV. 7. Psalm. XXXII. 1. o
Rom. IV. 7.

5. Nonnunquam & *alias voces substituum*
tra sensus mutationem. e. g. ubi Paulus o
Ps. XIX. 5. *in omnem terram exivit linea con*
pro linea substituit Φθόνης, Rom. X.
Ubi statim clamant Pontificii, Textum
braeum esse corruptum, & pro קֹד linu
rum, legendum, קְרִיל vox eorum, ut ita o
venientia inter Psalmistam detur & Apo
lum. Verum frustra hypothesin suam
corruptione Textus originalis stabilire o
gunt Papicola. Apostolus enim diluc
tionis ergo vocem aliam substituit, & reg
explicat per sonum, estque hic sonus reguli
scilicet vox Evangelii. Sonus Evangelii
verba sunt D. Lutheri, regula illa est, juxta q



ædificatur Ecclesia. To. II. Jen. Lat. f. 216. Atque adeo utrobius sensus plane idem occurrit. Vid. ex professo Franc. Junii Parallelia Sacra, *Surenhusii βιβλος καταλλαγης*, seu de dictis V. T. in Novo allegatis, ed. anno 1712. 4to. Conf. B. Joh. Tarnov. in Proph. Min. pag. m. 649. B. Glass. Log. Saer. p. 17. 18. & Leusden. in Philol. Græco, Dissert. IX. Nimicum est hæc libertas Spiritus Sancti, sicut ex V. Test. demonstrat B. Matth. Hillerus, in uno eodemque Psalmo XVIII. qui 2 Sam. XXII. repetitur, vel nonaginta & amplius differentias dari, *Arcan. Keri*, p. 14.

XLV.

Scriptores N. T. in citatione dictorum nonnunquam versionem septuaginta-viralem sequuntur.

Explicatio.

§ I.

Nimirum visum fuit Spiritui S. retinere nonnunquam LXX. versionem, quoad verba à Textu aberrantem, modo principalem scopum & intentionem Spiritus S. afferuca sit. e. g. Hebr. XI. 21. Jacobus dicitur adorasse *ad verticem virgæ*, quod desumptum est ex versione Græca, Gen. XLVII. v. ult. ubi LXX. Interpretes pro *מִתְהָ* lectus, legerunt *מִתְהָ* virga, baculus. Et potest utrumque esse, ut Jacobus se inclinaverit in actu juris-

I s jurandi,



jurandi, accepti à Josepho, & ad caput lecti,
& ad caput baculi Josephi, ubi adoratio nec
lectum, nec baculum, sed DEUM respexit;
ideoque Apostolus versionem Græcam reti-
nuit, quia à principali scopo, qui est, de-
monstrare fidem Jacobi in futurum Messiam,
quam & sepultura sua declarare voluerit,
haud aberrat. Conf. B. Schomeri Exeg. in Ep.
ad Hebr. p. 46. & B. Dorsch. in IV. Ev. p. 13.

§ 2. Vicissim quando LXX. Interpretes à
principali scopo & intentione Spiritus S. ab-
errant, ab Evangelistis & Apostolis in allega-
tione sua deseruntur. Ita dum Hos. XI. 1.
Ex Agypto vocavi filium meum, LXX. pluraliter
reddiderunt vocem filii, sensum & scopum
Spiritus S. perverterunt, ideoque Matthæus
Textum Hebræum sequitur. Ita LXX. ver-
sio Zach XII. 10. *Videbunt me, quem pupugerunt;*
scopum & intentionem Spiritus S. haud asse-
cuta est, reddendo verba hæc: ἀνθρώποις
ωραῖσσαν, pro eo, quod insultarunt; hinc Joha-
nes cap. XIX. 37. eos derelinquit. vid. B. J.
Weller. Comm. in Ep. ad Rom. p. 607. seq.

§ 3. Placuit autem Spiritui S. versionem
Septuagintaviralem in N. T. interdum sequi
ut ita per συγκατάβασιν quandam se accom-
modaret aut Hellenistis, inter Judæos, au-
Gentilibus recens conversis, apud quos ver-
sio ista maxima erat in æstimatione. Con-
Hottinger. in Thesauro Philol. & B. Mæb. in
Theol. Canon. p. 82. sq.



XLVI.

Observes in N. T. Scripturam saepe citari, ut
locus nullus, ubi extet, nominetur.

Prob.

I.

Ita in allegatione interdum nullius plane
I Autoris mentio fit, ut: Matth. IV. 4. 7. 10.
ubi simpliciter dicitur: *Scriptum est*; nec ad-
ditur, ubi scriptum sit. Sic Joh. XIX. 36. Ut
Scriptura impleretur. v. 37. Et iterum alia *Scriptura*
dicit. Sic Rom. XV. 10. Et iterum dicit. Eph.
IV. v. 8. Ideo dicit, adscendens in altum &c.
Conf. Hebr. II. 6. c. IV. 4. c. VIII. 8.

2. Interdum quidem Propheta citatur, sed
omisso ejus nomine, ut: Matth. II. 15. Ut im-
pleretur, quod dictum à Domino per Proph-
tam. Cap. XXI. 4. Totum hoc factum est, ut
impleretur, *quod dictum per Prophetam* &c.

3. Interdum DEI & Spiritus S. allegatur
autoritas. Sic Actor. XIII. 47. Paulus & Bar-
nabas, producto loco Esa. XLIX. 6. ajunt:
Sic nobis præcepit Dominus. Et Hebr. III. 7. ci-
tato Psalmo XCV. 7. *Sicut dicit Spiritus ille San-*
ctus, hodie si vocem Ejus audiveritis &c. ubi
B. Seb. Schmid. Locum Scripturæ non citat, sed
verba tantum, qui alias quoque frequentior
Scripturæ mos est: Et Hebræis Scriptura de-
bebat esse notissima. add. Hebr. X. 15. conf.
B. Kesleri Disp. de Allegatione dictorum V. I.
quæ habetur in B. Hockspanii Sylloge p. 572. sqq.

XLVII.



XLVII.

*Scriptoribus N. T. solenne est, aliqua tanto
verba Scriptorum V. T. allegare, & quasi per
Et cætera, ad ipsam sedem Prophe-
ticam remittere.*

Prob.

I.

*I*ta Matth. II. 5. 6. allegatur Mich. V. omis-
verbis illis: *Egressus Ejus à seculo, à diebus
ternitatis. Neque enim hæc verba ad scopum
Evangelistæ faciebant, qui erat, non æta-
nam, sed temporalem probare generationes
Messiaæ. Hoc autem simul ad totum con-
textum remittere nos voluit, quem lege
debeamus ipsi & introspicere.* Conf.
Dorsch. Comm. posth. in IV. Evangel. pag.
Idem p. 596.

2. Ita Act. XIII. 33. allegatur Ps. II. 7. *Fili-
meus es Tu, Ego hodie genui Te;* quo Apostolus
probare vult *ἀναστὰς τε ινστεῖ,* seu investitu-
ram Messiaæ in Officium Regium & Sacerdotiale.
Ubi præter explicationem, supra dictam, commode dici potest ex data Regula
investituram hanc copiose tractari Ps. II. 7.
Sed non istis verbis, quæ Act. XIII. 33. al-
gantur, verum seqq. verbis. Unde, qui
tatum locum recte vult excutere, integrum
Psalmum considerare debet, in primis etiam
quoad verba seqq. Ad illa enim Apostolus
I. c. respicit, & lectorem remittit.

3. Similiter Ebr. V. 5. eadem Psalmi verba, sed alia intentione, adhibentur. Ubi egregie B. Dorsch. monet : Cum hæc verba Psalmi II. non aliter, quam de generatione ex essentia Patris ante secula explicari possint aut debeant ; nihilominus ad vocationem sive constitutionem Christi in *Officio suo Sacerdotali* rectissime adhibita sunt. Apostolus enim non tam ad hæc verba, sed potius *ad totum contextum Ps. II.* respicit, uti alias divinis Scriptoribus N. T. in more positum esse, observatum est. conf. Ps. II. 6. 7. ubi expressè. Interim ex æterno jure *victori* Christi ad Sacerdotium legitimus progressus liquet. Qui enim *Filius* est, & quidem primogenitus atque unigenitus, is jure nativitatis antiquissimo, in domo Patris sui Sacerdos est. Comm. posth. in Ep. ad Hebr. p. 232. sq.

4. Sic Rom. IV. 18. *Ita erit semen tuum*; locum Gen. XV. 4. 5. haud plenarie adducit, ubi Deus Abrahamum exire jubet, cœlum spectare, & stellas, si possit, numerare ; & tum demum verba citata addit Dominus. Vult ita Apostolus nostram in scrutandis Scripturis diligentiam acuere atque excitare.

5. Hinc, generalis est observatio, B. Chemni-
tius ait Harm. Evang. cap. XVII. : *Quando in*
N. T. sententia aliqua ex V. T. allegatur, *ut*
non tantum verba illa, quæ allegantur, con-
siderentur, sed ut totus locus inspiciatur.
Quam quidem Regulam repetit B. Lyserus
cap. LV.



cap. LV. & B. Gerhardus c. CXLIV. f.m. 77.b.
c. CXLVII. f. 132.a. c. CLVII. f. 432. b.

XLVIII.

*In more habent Evangelistæ & Apostoli, ut di-
versa Prophetarum vaticinia velut in u-
num contrahantur.*

Prob.

I.

Sic Matth. XI. 5. 6. responsio Christi de-
sumta est ex Esa. XXXV. 5. LXI. I.
VIII. 14. 15.

2. Sic Matth. XXI. 5. *Dicite filiæ Zion,* de-
sumtum est ex Esa. LXII. II. *Ecce Rex tuus ve-
nit &c.* ex Zach. IX. 9.

3. Sic Matth. XXVII. 9. 10. de agro figulo-
rum difficilis locus est. Ubi inter alia haud
inconcinna Sancti sententia est, juxta datum
Canonem, quod Jeremiæ cap. XXXII. 8. &
Zachariae c. XI. 12. vaticinia in unum conflata,
& soli Jeremiæ tributa sint. conf. B. Dorsch, in
Pentadec. p. 138. Qui & Comm. in IV. Evang.
pag. 660. notat: "Divini isti viri, quando hi-
storiis scribendis erant intenti, animum ad
varia vaticinia V. T. retorserunt."

4. Sic Marc. I. 2. 3. *Sicut scriptum est in Pro-
phetis: Ecce Ego mitto &c. Vox clamantis in deser-
to, parate &c.* Prior pars extat Mal. III. I. po-
sterior Esa. XL. 3.

5. Sic



5. Sic in concione Christi Nazarethana,
Luc. IV. 18. quædam ex Esa. LXI. 1. non-
nulla ex cap. XLII. 7. decerpta sunt.

6. Sic Luc. XIX. 46. *Domus mea domus ora-
tionis vocabitur omnibus gentibus; vos autem fecistis
speluncam latronum.* Priora verba extant Esa.
LXV. 17. posteriora vero Jer. VII. 11.

7. Sic Act. I. 20. duo testimonia, Ps. LXIX.
27. & Ps. CIX. 8. velut in unum coaluerunt.

8. Sic Rom. III. 10. seqq. diversa testimo-
nia, è Psalmis & Prophetis in unum coag-
mentantur.

9. Similiter i Cor. XV. 54. 55. *Absorpta est
mors in victoriam: ubi, ô mors! est stimulus tuus?
ubi tua, inferne, victoria?* dicta ex Esa. XXV. 8.
& Hos. XIII. 14. in unum copulantur. Au-
diamus hic B. Joh. Tarnovium: Est mos Evan-
gelistarum & Apostolorum, ait, conjungere
duo vel plura dicta, atque ita citare, quasi ex
eodem loco essent deponita. Hunc mo-
rem cum quidam Interpretes non adverte-
rent, mire se torserunt, quomodo ex Hosea
illa verba Pauli i Cor. XV. 54. exsculpant,
cum existimarent, omnino tantum illum u-
num allegari. Comment. in Prophet. min.
pag. m. 361.

10. Et i Pet. II. 6. 7. *Ecce pono in Zion lapidem
angularem &c.* ex Esa. XXVIII. 16. Ps. CXVIII.
22. & vicissim Esa. VIII. 14. desumptum est.
conf. & B. Glass. in Philol. S. p. m. 1476. sq.

XLIX.

*Scriptores N. T. multa ex V. T. allegant, quae vel
ex revelatione Spiritus S. vel ex traditionibus
Majorum hauserunt.*

Enθεοις.

§ 1.

Est hæc observatio B. Rappolti, quam h. m. probat: Ita Hebr. XI. 21. legitur de Jacobo, quod baculi sui summitate adoraverit. Quid de illo in V. T. Ita altercatio Michaëlis cum diabolo de corpore Mosis, Ep. Judæ v. 9. Nomina Magorum Ægyptiacorum, qui Mosi restiterunt, Jannes & Jambres, 2 Tim. III. 8. Opp. To. I. p. 839.

§ 2. Sic vaticinium Henochi allegat Judas Ep. v. 14. 15. quod tamen nullibi in V. T. extat. Ubi non opus est ad supposititium aliquod Henochi scriptum recurrere, cum nec Apostolus Henochum introducat γράφοντα, sed λέγοντα; non dicit: εγράψε, sed προεφήτευσε. Habuit autem Apostolus vaticinium illud vel ex traditione, vel potius ex singulari divina revelatione. Apposite B. Dorscheus: Illud ex Epistola Judæ appetet, illam Prophetiam tanquam rem inter eos, ad quos scribit, notam & celebrem propositam fuisse. Quomodo vero illius custodita fuerit integritas, nobis non constat. Id vero constat, suffragio Apostolico Prophetiam divinam veri-



veritatis quasi signaturam accepisse. In Disp.
de Prophetia Henochi, § 11. conf. B. Gerhard. L. de
extremo Judicio, § 10. & B. Pfeiffer, in Exerc. de
Henocho, c. IV.

§ 3. Explicari secundum datum Canonem
potest locus alias vexatus Matth. II. 23. *Ut im-
pleretur, quod dictum est per Prophetas: NAZARE-
NUS VOCABITUR.* Ubi B. Culovius, vir ἀριστο-
δόξων, recensitis variis sententiis, hanc
explicationem habet pro maxime commo-
da, ut, observato tenore verborum, dicatur
respici vaticinium aliquod traditum per unum
atque alterum Prophetam, quod dictum in
vulgus notum fuerit, *Nazarenus vocabitur;* quia
non ait Evangelista: *Quod scriptum est in Pro-
phetis, sed: Quod dictum est per Prophetas;*
quemadmodum idem & cap. XXVII. 9. lo-
catus est, cum vaticinium aliquod ἀγραφον,
sed populo DEI non ignotum, à Ieremia tra-
ditum, allegavit tunc impletum: τὸ γένεν
per Jeremiam Prophetam. Neque movere
nos ratio illa potest, quod Scribæ ignorarint,
Messiam è Galilæa venire debuisse, Joh. VII.
41. quia ibi de loco nativitatis, *Bethlehemo,* ser-
mo est, & negatur, Christum è Galilæa ra-
tione nativitatis prodire debuisse, non *de loco*
educationis. Bibl. Illustr. N.T. To. I. fol. 159. f. sq. a.

§ 4. Neque vero inde traditionibus ἀγρά-
φοις Pontificiorum accedet quicquam, quia
vaticinium hoc, et si ἀγραφον fuerit ante Cano-
nem N. T. ἀγραφον non mansit, sed per Mat-
thæum

thaum hic Canoni insertum, ἐγγεάθον jam ei po
 Cum Pontificiis vero disputatio de talibus at
 traditionibus, quæ post Scripturæ Canonem consti
 tum in Ecclesia superent, nec in ulla Scriptur las
 Canonicæ parte reperiantur, quemadmo pit
 dum Henochi vaticinium ante aliquot secula ba
 imo millenarios aliquot annorum traditum rec
 & forsitan in Ecclesia propagatum fuit, post sus
 tamen in Scripturam Canonicam per Apo ha
 stolum Judæi inspiratione Spiritus sancti sec
 latum, minime ἀγραφον amplius est: & d
 ētum Christi, ἀγράφως traditum & pri Le
 propagatum vel conservatum, in memoria ran
 revocatum à Paulo Ephesinis fuit, & à Luca ran
 Actis, recensente Pauli concionem valeo let
 etoriam, in Scripturam Canonicam relatu rat
 est, Actor. XX. 36. Iterum B. Calovii ven fu
 sunt, l. c.

§ 5. Quærunt alias Interpretes de loco El re
 XII. 21. ubi Moses introducitur dicens: Pe ne
 terrefactus sum & tremebundus, nec tamen rep H
 ritur in V. T. quod Moses hæc dixerit;
 quem locum B. Brochmand. tutissima & exp
 ditissima, ait, responsio est, D. Paulo sive t
 ditione, sive singulari revelatione innotuif
 Mosen in monte Sina ad conspectum tot po
 digiorum plane consternatum fuisse. V
 rum arridet magis B. Seb. Schmidii senten
 qui statuit: (1) Non recte Apostolum sic a
 cipi, quasi de solo tempore, quo Decalog
 de monte Sinai pronunciatus est, loquatu



am ei potius loqui de universo tempore latæ legis,
bus et atque adeo illis etiam quadraginta iteratis
constit diebus, quibus Moses apud Deum fuit, tabu-
criptum lasque Legis atque alias ordinationes acce-
admo pit. Quod si (2) fecerimus, inveniemus ver-
secula ba Mosis Deut. IX. 19. à LXX. Interpp. sic
reditur reddita: ἐνΦοβός εἰμι, perterrefactus sum, pror-
postus, ut hic Apostolus, qui ex LXX. loqui in
Ap. hac Epistola amat, nisi quod majoris empha-
ncti seos gratia addidit, καὶ εὐλερησθέντος, & tremebun-
: & dūs. Ostendit sane tum ibi Deus effectum
Legis suæ, quam dabat, quantam iram ope-
moria raretur aduersus peccatores, quando cum
Luca tanta ira & excandescens Mosi apparuit, de-
valēt leturus universum populum ob vitulum ado-
relatu ratum, ut Moses vehementer consternatus
ii ven fuerit, & vix precibus suis inhibuerit. Atque
sic neque ad traditionem, neque ad novam
revelationem configere opus est, nec extra
negotium latæ Legis evagari. Comm. ad
Hebr. p. 1362.

L.

familiare Spiritui sancto est, vocabula peregrina
& difficultia subinde Græcè interpretari.

Prob.

I.

Sic Matth. I. 21. explicatur, quid nomen
JESUS denotet: quid Immanuel, v. 23.
2. Sic Matth. XXVII. 33. vox Golgatha ex-
plicatur per locum Calvariæ, sc. craniis reple-

K 2 tum.



tum. conf. de *Eli, Eli, &c.* v. 46. Ut vel hic colligas, Matthæum non Hebraicè, sed Graecè scripsisse.

3. Sic Marci VII. v. 34.: *Epphatha*, i.e. Cœrator.

4. Sic Apoc. IX. 11. Hebraicum diabolus nomen *Abaddon*, explicatur per Graecum *pollyon*.

5. Similiter Apoc. XXII. 20. Ναι τῷ Ἀποστόλῳ apponitur illustrationis gratia, aut conduplicata εἰμΦάσεως ergo significazione, juxta Hierum L. I. *Miscell. S. c. III. p. 28.* Quanquam & piè dici potest, cum universus orbis in Scriptura distribuatur in Judæos & Graecos, Ecclesia h. l. tum Hebræo tum Graeco vocabulo Servatori accinat, innuere ita voluntatem Spiritum sanctum, fideles ex omnibus populis ac linguis, ex Judæis & Gentilibus de adventu Christi ultimo redditum iri certiores.

6. Ad eundem quoque modum ab Interpretibus ratio reddi solet geminati *Ἄββα πατέρες*, Marc. XIV. 36. Rom. VIII. 15. Gal. IV. 6. ut vox Graeca adjecta sit Syriacæ, tanquam exegetica illius. Sunt tamen, qui volunt, vocalas *Abba Pater* geminatas, quod natura invocationis ardorque facere solet, ut idem si prius ingeminet. vid. fusius B. Clotz. de Crucifixibus Animæ J. C. p. 123. seq. & B. Henr. Müller. *Jes. patient.* p. 11. seq.



LI.

Observes in N. T. quod Judæi certos habuerint
Canones de Messia, Ejusque beneficiis, è Scri-
ptura sacra extractos.

Prob.

I.

Ita Proverbii instar erat: *Quando venerit Mes-
sias, Eum omnia revelaturum.* Joh. IV. v. 25.
Atque hoc Christus præstítit, tum *αὐτῷ πο-
τῶν πως*, in propria persona, tum *διακονικῶς* per
Apostolos. Conf. Actor. XX. 27. 2 Pet. I. 3.
Adeoque hic canon, inter Judæos olim tri-
tus, fatuas Enthusiastarum revelationes fun-
ditus prosternit.

2. Ita Joh. VII. 27. *Christus ubi venerit, nemo
agnoscet, unde sit; pervulgata apud Judæos sen-
tentia erat; sicut & hæc observatio, v. 52.
Ex Galilæa non surgit Prophetæ.*

3. Ita Joh. XII. 34. Judæi asserunt: *Nos au-
divimus ex Lege, quod Christus maneat in æternum;*
i.e. vivit, ex formula Thalmudicorum, qui-
bus *־יִקְרָב* est vivus, superstes. In primis
autem hoc dicto respicitur ad Psalmum
LXXXIX. 36. seq. ubi LXX. habent, *τὸ
πέρι αὐτῆς*, scil. Christus, *εἰς τὸν αἰώνα μέ-
νει*, quæ sunt verba eadem, si modò rectè in-
tellecta, de regno spirituali.

4. Ita Marci IX. 12. *Elias restaurabit omnia;*
est dictum *Traditionale Scripturariorum,*

& à Christo propterea introductum. Intelligitur scilicet de restitutione verbi divini per Johannem, veræ Legis, verique Evangelii.

5. Ita Aphorismus ille Apostolicus, *sanguinis effusione non fit remissio*, Ebr. IX. 22. præverbium erat, apud Hebræos usitatum, quo in ipso etiam *Targum Hierosolymitanum* reperitur & Ben Uzielidi attribuitur: *כפרה בLOOD, non fit expiatio, præterquam per sanguinem* notante B. Dorscheo Comm. posth. in Epist. Hebr. p. 544. f.

6. Unde idem quoque Comm. MS. ad Ad XIII. 34. observat: Habuerunt Judæi aliquantum axiomata recepta, unde posset aliquod systema Theologiæ Judaicæ colligi. Sic Joh. V.

LII.

In Scriptura N. T. sepius occurritur huic scandalum: Cur JESUS, peculiariter Judæis promissus, ab iis rejectus sit?

Explicatio.

§ I.

Ita B. Gerhard. Harm. Evangel. cap. CXLVIII. Joh. XII. 37. sqq. notat: Procul dubio a postolis & viris Apostolicis, Evangelium Christi inter gentes prædicantibus, & a Scripturis potenter demonstrantibus, Jesum Nazarenum esse promissum illum & jam exhibitus.



hibitum Messiam, mundi Salvatorem & generis humani Redemptorem, à gentibus nondum conversis magna specie objectum fuit, cur ergo hic JESUS à Judæis, quibus peculiariter promissus erat, rejectus, imo crucifixus fuerit? Cur Judæis prius non persuadeant, ut in ipsum credant? Huic objectioni & scandalo occurrere voluit Evangelista, atque grande istud Evangelici cursus impedimentum è medio removere, demonstrando, tantum abesse, ut propter illam Judaicæ gentis incredulitatem JESUS repudiari debeat, ut illa ipsa incredulitas potius argumentum aliquid præbeat, hunc JESUM & nullum aliud esse promissum illum Messiam, quippe de quo à Prophetis prædictum fuerit, quod pauci ex Judæis in ipsum sint credituri.

§ 2. Audiamus similiter B. Mentzerum in Analysis cap. IX. Epist. ad Rom. To. I. Dispp. Giessens. p. m. 727. De occasione Disputationis Apostolicæ. Non ex professo hic tradit Apostolus doctrinam integrum prædestinationis, sed vult eximere scrupulos, qui Judæi & Gentibus injiciebantur. Nam Judæi admodum rari Christum amplectebantur, qui tamen ipsis peculiariter erat promissus: cœteri plerique Eum execrabantur. Unde multi concludebant, aut Christum non esse verum Messiam, aut irritas esse promissiones divinas, populo Israëlitico factas &c.

LIII.

*In principio N. T. multa à Christo & Apostoli
ad tempus tolerata observes, donec Synagoga
Judaica cum honore sepeliretur.*

Prob.

I.

Ex Matth. V. 23. *Si offeras donum tuum super
altare &c. Marcus habet Corban, quod ge-
nerale vocabulum est, & omne genus obla-
tionis notat, cap. VII. II. Ubi tenendum
loqui Christum ad naturam illius temporis,
in quo adhuc vigebat cultus Leviticus, licet
suo tempore plane abrogandus.*

2. Ex Act. XV. 20. 29. ubi gentilibus con-
versis injungitur abstinentia ab idolothytis, & for-
nicatione, & suffocato, & sanguine; quorum duo
priora necessaria erant, testificandæ fidei &
declarandæ novitatis ergo: reliqua sunt idem
Opus ob concordiam & caritatem proximi,
atque ad devinciendos & non offendendos
Judæorum animos ad tempus mandata; li-
quidem non uno impetu Mosaicæ illæ cere-
moniæ aboleri poterant: Verba sunt Christi
stopb. Pelargi in Exposit. Act. Apost. p. 305. Et si-
gillatim B. Dorsch. in Comm. MS. ad h. l. no-
tat, per scortationem omnem illum actum circu-
matrimonium, lege divina prohibitum in-
nui, omnem commixtionem in gradu pro-
hibito, Lev. XVIII. Hoc enim vehementer

Ju-



1postolis
agoga
n supra
od ge
obla
ndum
aporis
, lice
s con
for
n duo
dei &
t adia
oximi
endos
a ; li
cere
t Chri
Et si
l. no
circu
n in
pro
enter
Ju
Judæos offendebat, quod sine omni discri-
mine gentes matrimonium contraxerint.
A *sanguine* vero abstinere debebant Judæi,
Lev. XVII. 10. seq. quia *sanguis animalium*
in V. T. repræsentationi dedicatus erat san-
guinis Christi pro nobis effusus; hinc scanda-
lizabantur adhuc Judæi.

3. Ex Act. XVI. 3. Paulus assumptum Timo-
theum circumcidit propter Judæos, qui erant in illis
locis, nec nisi circumcisum admittebant Do-
ctorem. Itaque præsenti tempori ac loco
sic indultum, ut infirmitati se attemperarit
charitas, necessitati concederit libertas. conf.
1Cor. IX. 19. 20.

4. Ex Actor. XXI. 26. ubi Paulus ex Senio-
rum consilio purificationem & oblationem Judai-
cam obseruat, infirmorum gratia, 1 Corinth.
IX. v. 22.

5. Ex 1Cor. X. 20. ubi suadet abstinentium ab
idolothyto, ne infirmus frater scandalizetur.

Nota vero, quod progressu temporis, &
cum Judæi opus necessitatis esse contende-
rent, aliter factum, Gal. IV. v. 9. Col. II. v. 20.
quod & Paulus suo docet exemplo, qui, cum
Titum æque ac Timotheum, circumcidere po-
tuisset, noluit tamen propter adversarios, ex
circumcisione rem necessariam facientes,
Gal. II. 5. Adeo libertas Christiana adversus
Dissentientium conatus graviter afferenda
est.

LIV.

Angelorum apparitiones haud adeo in Novo, in Veteri Testamento, frequentes fuerunt.

Expositio.

§ 1.

Rationem dat Apostolus, Ebr. II. 5. *Non dedit Angelis subjicit orbem futurum, de quo loquimur; ubi per orbem futurum phrasit Prophetica tempus N. T. delineatur, quippe, de quo se ante locutum fatetur. Apostoli enim quasi intradivortium utriusque Fœderis constituti, suum illud, quod degebant, ævum, præsens, quod vero insequebatur, futurum, aut recens oriturum, appellabant. Jam itaque connexio Paulini sic habet: Quo pacto Deus regnum gratia V. T. olim Angelis subjicit, eodem non amplius subjiciet οἰνομένην τὴν μέλλοσαν, seu regnum gratiæ, sub N. T. futurum. Atqui olim Deus Angelis regnum gratiæ ita subjicit administrandumque dedit, ut illustri & visibili quodam apparatu Lex traderetur ab Angelis Gal. III. 19. h. t. v. 2. Actor. VII. 53. Itaque relinquitur, hoc pacto regnum gratiæ Angelis non amplius subjiciendum, nec preinde vel expectandas apparitiones Angelorum, vel revelationes eorum admittendas esse. vid. B. D. Neumann Programm. Acad. pag. 178. seq.*

§ 2. Unde



§ 2. Unde & Megalander ad Gen. XXII. quærit: Cur apud nos, & in universum in N. T. rarius apparuerint Angeli, quam in V. Test.? Et responderet: Ideo hoc fieri, quia apparuit & missus est Filius, hæres omnium. Antea quidem præmissi sunt Ministri & Nuncii, ut solet fieri à Principibus & Regibus in mundo, qui monerent populum de Adventu Domini. Ipso autem præsente, nihil opus est ministris & præcursoribus &c. To. II. in Genesim fol. 197. a.

§ 3. Nos equidem sæpe putamus, nos non esse tam felices, ut Abrahamus fuit. Optamus enim nos quoque tales habere manifestationes, ut ipse habuit. Sed revera longe melius est, quod Deus nobis parcit, & in eo acquiescit, quod olim multifariam multis- que modis locutus est Patribus, sed novissime locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem omnium. Hebr. I. i. Nam quia sumus simpliciores, nec possumus Spiritus discernere, facile deciperemur. Hinc Lutherus noster nunquam optavit, sibi appa- rere Angelum, & si quis venisset, protestatus est, se eum non auditurum fuisse. B. Polyc. Ly- seri verba sunt in Isaaco, p. 96.

LV.

*Mysteria divina in N. T. multo clarius, quam
in V. T. revelata sunt.*

Ex. Georig.



Ex. 9. 15.

§ 1.

Quemadmodum scilicet imago vivis
formata coloribus & absoluta , longe
illustrior est prima illa rudi delineatione: Si
V. & N. T. inter se differre testatur Apostolus
Hebr. X. 1. In Veteri namque Testamento
multo fuit obscurior cognitio Christi , cum
sub obscuris illis sacrificiorum typis popule
adumbraretur : Nunc autem in N. T. evane-
scientibus umbris illis , exortus est ipse me-
Christus, tanquam sol justitiae, & lux universi
mundi. Conf. B. Aeg. Hunn. Opp. To. IV. fol.
966. b. 967. b.

§ 2. Hinc B. Lutherus ait : Sancti Patres
hanc cognitionem per Spiritum S. habue-
runt, quanquam *non ita clare ut nunc*, cum au-
dimus in N. T. nominari Patrem , Filium &
Spiritum sanctum. -- Quare ultimis tempo-
ribus voluit Spiritus S. hunc solem cognitio-
nis diabolo objicere, ut praestringerentur e-
jus oculi , & ipse magis invideret hanc tam
claram cognitionem hominibus , atque in
vehementius torqueretur. To. I. in Gen.
fol. 17. a. conf. fol. 169. f. & Appar. meum P.
in Prælim. p. 7. 8.

§ 3. Unde Apoc. XXII. 5. de beatis cœli-
bus dicitur : *Non indigent candelabro, & luce soli*
quia Dominus Deus illuminat ipsos. En! lumen
lucerne est doctrina V. T., lumen solis est do-
ctrina N. T.



etrina N. T. cui succedit in vita æterna lu-
men glorie.

§ 4. Distinguendum itaque inter claritatem
essentialē, & accidentalem atque gradualem. Mi-
nime inficiamur, fidelibus V. T. mysteria, ad
salutem necessaria, sufficienter revelata fuisse,
ita tamen, ut abundantior revelationis gradus
N. T. reservatus sit.

LVI.

Admirabilem hanc DEI œconomiam in N. T.
Pandectis observes, quod exemplum mortis
violentæ excipiat semper miraculosa
resuscitationis exemplum.

Prob.

I.

Ita post infanticidium Bethleemiticum, Matth.
II, licet longum tempus intercesserit, intra
cujus tamen intervallum nemo propter no-
men divinum occisus est, resuscitatio juvenis
Nainitici, itemque filiae Jairi insecura fuit.

2. Ita decollationem Johannis Baptiste, Lazari
Bethaniensis resurrectio excepit.

3. Crucifixionem Christi non propria tan-
tum, sed multorum quoque Sanctorum resur-
rectio secuta est.

4. Post Stephani lapidationem, Actor. VII.
Thabeat resuscitatio facta fuit, cap. IX.

5. Similiter post mortem Jacobi violentam
Eurychi resuscitatio. Act. XX.

6. Sed



6. Sed vero post ultimum omnium martyrum, in N. T. memoratorum, *Antipam* puto, Apoc. II. 13. nullius ex mortuis resuscitata factam mentionem mireris. Scilicet hinc colligas, universalem adhuc resurrectionem necessario futuram esse. Est hæc Joh. *Espaniæ Observatio*, Opp. p. 707. sq.

LVII.

*Solet Scriptura N. T. Christum & Christi do-
ctrinam sive Evangelium iisdem
nominibus insignire.*

Prob.

I.

Ita ὁ λόγος dicitur Christus, Joh. I. 1. & Evangelium itidem passim. Christus Verbum *vita*, i Joh. I. 1. & Evangelium *verbum vita*, Phil. II. 16.

2. Ita Christus *DEI Sapientia* vocatur & *Potentia*, i Cor. I. v. 24. ; & Evangelium pariter, Cor. II. 6. 7. ib. v. 4. Rom. I. 16. i Thess. I. 5.

3. Ita Christus appellatur *Salus*, Luc. I. 69. 77. & Evangelium, Hebr. II. 2. 3. Act. XIII. 46. cap. XXVIII. 28. Ille *Dominus gloriae*, i Cor. II. 8. hoc *Evangelium gloriae*, i Tim. I. 11.

4. Ita Christus *Lux salutatur*, Joh. I. 9. &c. & similiter Evangelium, Joh. III. 19. 20. 21. Act. XXVI. 23. Eph. V. 13. Christus *Judex*, Joh. V. 27. & Evangelium, Joh. XII. 48. Hebr. IV. 12.

Sive



Sive igitur *Evangelium Christi*, sive *Christus Evangelizatus* intelligatur, eodem res volvitur.
Vid. Alex. Merum in *Notis ad Esa. LIII.* p. 6. 7.

LVIII.

APERTIO COELORUM quater in N. T.
facta legitur.

Scilicet

I.

In *Baptismo Christi*, Matth. III. 16.

2. In *Oratione Petri*, Act. X. 11.
3. In *morte Stephani*, Act. VII. 55.
4. In *devotione Iohannis*, Ap. XIX. 11. *Nisi & addere velis Apoc. IV. 1.*

Ita cœlum semper patet : 1) Baptizatis ;
2) Orantibus ; 3) Martyribus, sive Christi
confessoribus ; 4) Exulantibus & in devo-
tione versantibus.

LIX.

In Scriptura N. Test. VIRTUS & SPIRITUS SANCTUS sape copulantur.

Prob.

§ I.

Ex Luc. IV. 14. XXIV. 49. Act. I. 8. X. 38.

Rom. I. 4. 1 Corinth. II. 4 Ephes. III. 16.

1 Thess. I. 5.

§ 2. Unde & Spiritus sanctus *DEI* digitus vo-
catur, Luc. XI. 20. Et non desunt, qui ex
hoc



hoc principio per virtutem Altissimi **Luc. I. 31**
Spiritum sanctum intelligunt.

§ 3. Hoc ipso autem, ubi δύναμις τῷ πνεύματι
adjungitur, semper intenditur & quasi aug-
tur operatio Spiritus S. & peculiaris quædam
eius efficacia insinuatur. **Conf. B. Dorsch**
Comm. in IV. Ev. p. 595.

LX.

*Vocabulum πνεύματος ubicunque absolute &
sine additamento ponitur, illud in bonam partem
intelligas: è contrario autem malus spiritus
semper cum additamento legitur.*

Prob. prius

Ex Rom. VIII. 5. *Qui secundum SPIRITUM
ambulant.* Conf. v. 9. 13. Gal. V. 22. 23.
VI. 8. &c. In primis Matth. IV. 1. ubi Christus à SPIRITU in desertum ductus legitur, coll. cap. III. 16.

Prob. posterius

Ex Matth. XII. 43. ubi vocatur *spiritus im-*
mundus; itemque **Luc. IX. 42.** & aliás. Nec
obstat **Luc. X. 20.** ubi simpliciter dicitur, quod
πνεύματα Apostolis sint subjecta. Est enim
pluralis in Textu, & illimitata locutio ex con-
textu limitatur, v. 17.

Sicut & **1 Sam. XVI. 14.** appellatur *spiritus
malus à Domino;* ubi magnum sane discrimen
est, Spiritum sanctum dici *Spiritum Domini ab-*
solute, ibidem, & v. 13. ut sciamus, esse ejus-
dem



I. 35. dem essentiæ ; spiritum autem malum non nisi cum Epitheto, ex quo intelligamus, quod non sit *spiritus DEI*, nisi ratione dominii super eum, & gubernationis sive permissionis in operibus ejus. Et licet infra v. 23. *Spiritus Elobim* simpliciter dicatur, tamen recte monet Kimchi, quod רען *malus*, repetendum sit. Vid. B. Sebast. Schmidii Comment. ad h. l.

Observatio hæc debetur Hieronymo, Commentar. in Mich. II. apud Flacium, P. II. Clavis p. 192. & Chemnitium in Locis p. 93. b.

LXI.

*Eudonía cum de DEO usurpatur, salutis nostræ
Oeconomiam notat.*

Prob.

I.

Sic Deus Pater ait: *Hic est Filius meus dilectus, in quo εὐδόκησα, complacui*, Matth. III. 17. Græco verbo εὐδοκεῖν LXX. plerumque verterunt Hebr. רצח, quod significat placari, reconciliari, ut Ps. LXXVII. 8. LXXXV. 1. Dicitur vero εὐδόκησα h. l. in Præterito, ut sensus sit, quod etiam ab æterno, & in æterno beneplaciti sui decreto acquieverit. conf. B. Winstrupii Pandect. in Matth. fol. 339.

2. Sic Matth. XI. 26. *Hæc fuit εὐδοκία coram Te*; ubi notat desiderium Patris, mediorum salutis participes nos reddendi, Beneplaci-

L tum



tum scilicet revelationis. conf. 2 Thesl. I. II.
Phil. II. 13.

3. Sic Eph. I. 5. εὐδοκία voluntatis divinae to-
tum redemtionis ac salvationis negotium
designat.

4. Sic Col. I. 19. *In ipso εὐδόκησε omnem plenar-*
itudinem habitare.

LXII.

*Particula Διὰ apud Scriptores N. T. non in-
strumentum, sed causam efficientem prin-
cipalem in Divinis notat.*

Prob.

I.

Quia hæc particula & de DÉO Patre ad-
hibetur, quem tamen nemo causam in-
strumentalem dixerit, Joh. VI. 57. 1 Cor. I. 9.
Ebr. II. 10. Et notabilis in primis locus oc-
currit Gal. I. 1. ubi partic. *διὰ* simul de Patre
& Filio adhibetur, quando Paulus se nuncu-
pat Apostolum PER JESUM Christum &
DEUM Patrem.

2. Quia *Paulus* quidem distincte hasce no-
tas ponit: EX ipso, PER ipsum, & IN ipso
sunt omnia, Rom. XI. v. 36. Atque per has
particulas haud essentiæ inæqualitatem; sed
discrimen Personarum insinuari, Nazianzeni
& reliqui Patres asserunt; verum sine ulla
essentiæ vel dignitatis inæqualitate. Nam
ex Patre, tanquam primo fonte Divinitatis,



per Filium, tanquam omnipotentem Patris
Dextram, in Spiritu sancto, tanquam causa
movente & gubernante, sunt omnia. Conf.
B. Gerhard. in Locis, Tract. de Tribus Elohim, § 19.
& in Disp. Theol. p. 1283.

3. Hinc, quando Scriptura, Creationis opus *Filio* transscribens, semper fere particula *Δια* utitur, ut: Joh. I. 3. 1Cor. VIII. 6. Hebr. I. v. 2. non ideo Filius DEI pro instrumento creationis habendus est; sed est hic potius character secundæ Personæ Trinitatis, & particula *Δια* in talibus locis est *diangitum*, & agendi ordinem in Deitate infert, non temporis quidem, aut dignitatis, sed personalem. Qui quidem agendi ordo fluit ex distinto modo, essentiam divinam habendi. Pater enim in creatione agit, prout potentiam creandi seu fons & origo SS. Trinitatis à seipso; Filius, prout eam à Patre per æternam generationem; Spiritus S. prout eam à Patre & Filio per æternam spirationem habet: una interim eademque manente creandi potentia, imo & creatione. Ut accurate explicat B. Wilh. Lysurus, Disp. I. in Johann. § 20. Conf. Col. I. 16. ubi promiscue dicitur: *IN Filio, & PER Filium omnia esse condita.* Hebr. I. 10. Adeoque nihil hic pro pessima causa sua inveniunt *Sociniani*.

LXIII.

Vocabulum ταρξ nullibi nudam fragilitatem,
mortalitatem aut peccaminosam corruptionem;

L 2 sed



sed vel solam substantiam humanam, vel ipsam
tamen cum ipsis imperfectionibus notat.

Prob.

I.

Ita Joh. I. 14. $\lambda\circ\gamma\Theta\sigma\alpha\varrho\zeta$ factus dicitur, idque,
ut statim additur, propter habitationem in
nobis, & manifestationem gloriae æternæ, ubi facile
apparet, per carnem primario imbecillitatem
haud notari.

2. Ita Act. II. 30. 31. Christus dicitur pra-
sentatus nobis, tanquam fructus lumborum Da-
vidis, in thronum collocandus secundum carnem: ubi
si pro carne conditionem fragilem accipias, ser-
monem Petri enervabis, & contradices v. 31.
ubi caro Messiaæ perpetuo duratura, nec corruptio-
nem visura dicitur.

3. Sic Rom. VIII. 3. Filius DEI dicitur con-
demnasse peccatum in carne, cum apparuit in forma
carnis, peccato obnoxiae. Ubi manifeste distin-
guitur $\sigma\alpha\varrho\zeta$, quæ est ipsa Natura Humana, a
similitudine carnis peccati, quæ est conditio fragili-
 ζ misera.

4. Et quando Hebr. V. 7. fit mentio *dierum*
carnis Christi, quanquam ipsa fragilitas & status
exinanitionis respiciatur, ipsa tamen *substan-*
tia humana omnino etiam indicatur. Vid. ad-
versus Socinianos B. Dorsch. Comment. posth. in
Ep. ad Hebr. p. 131. seq.

LXIV.



LXIV.

ubi Christus in N. T. absolute & sine addito,
aut restrictione ad spiritualem adventum, VE-
NIRE dicitur; nunquam non Adventus Ejus
ad judicium indigitatur.

Prob.

I.

Sic Joh. XXI. 22. Si illum volo manere, donec
VENIO, quid ad te? Quæ locutio est hy-
pothetica.

2. Sic Act. I. 11. Hic JESUS VENIET, scili-
cket ad judicium visibili forma, quemadmodum
vidistis Ipsum euntem in cœlum.

3. Sic 1 Cor. IV. 5. Ne ante tempus judicate, do-
nec VENIAT Dominus, qui Ec.

4. Sic 1 Cor. XI. 26. Mortem Domini annun-
ciate, donec VENIAT, i.e. usque ad extremum
diem. Conf. c. XV. 23. 24. XVI. 22.

5. Temere igitur ab hodiernis Chiliaстis lo-
ca Matth. XXIV. 30. seq. Luc. XXI. 27. it.
Matth. XVI. 27. & in primis Luc. XVIII. 8. ad
judicium aliquod intermedium trahuntur.

6. Neque obstant loca, in contrarium ad-
ducta, cum vel de adventu spirituali, aliqua
cum restrictione, ut Joh. XIV. 23. aut visita-
tione irata cum addito, ut Apoc. II. 5. 16. sq.
loquantur. A phrasि autem determinata &
restricta ad absolute positam N. V. C. Vid.

B. Pfeiffer. præfat. Klugheit der Gerechten/
& in der Gerechten Sache/ p. ss. sqq.

LXV.

*Ταρσία, cunz de Adventu Christi usurpatum
non nisi gloriosum & ultimum significat.*

Prob.

I.

Sic quærunt discipuli ex Christo : *Quodnam
signum ταρσίας, Adventus tui, & consumma-
tionis seculi?* Matth. XXIV. 3.

2. Sic Christus ait ibidem, v. 37. *Sicut erat
dies Noë; sic erit etiam ἡ παρούσια, Adventus Fili-
bominis.*

3. Sic 1 Thess. III. 13. ἐν τῇ παρούσᾳ Domini
nostrī J. C. cum omnibus Sanctis suis; ubi sigilli-
tim morem nota Scripturæ, quod, cum San-
cti Angelos cum Christo venire dicit, de Adventu
judicium loquatur. B. Finck. Canon. Th.
Cent. IV. p. 338. Conf. Ep. Judæ v. 14.

4. Sic 2 Thess. II. 8. Antichristus dicimus
abolendus τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρούσιας aū
apparitione adventus Christi: adeoque An-
tichristus usque ad illustrem Christi adve-
tum durabit. Adde 1 Thess. IV. 15.

5. Et 2 Pet. III. 4. Empectæ ob dilationem
Adventus Christi ad extremum judicium
cavillantes introducuntur: *Ubi est promissio
ταρσίας, Adventus Ejus?*

H



Hinc Maresius in *Anti-Christo revel.* pag. 247. inductione locorum nixus, Nego, inquit, ullum exture locum Scripturæ, in quo judicium particularē in *Judeos παροστα Κυρις* appelletur. Dignumque notatu est, quod LXX. Interpretes nunquam hac voce utantur, cum judicia DEI particularia in V. T. libris describunt: manifesto, ut appareat, indicio, παροστας vocem non nisi de corporea & visibili præsentia adhiberi. B. D. Neumannus in *Disp. de Excidio Anti-Christi*, p. 23. Conf. B. Calov. *Bibl. Ill.* N.T. To. II. f. 898. a.

Neutiquam vero παροστας vox exclusive accipienda, tanquam Christus ante absens fuerit; sed distinctive ab adventu primo, vel modificative, ad significandam visibilem præsentiam. Conf. B. Dannhauer. *Hodosoph.* pag. 804. seq. edit. recent. Hinc vocem παροστας, de reditu Christi ad judicium usurpatam, B. Gerhardus rectius per *adventum*, quam per *præsentiam*, reddi monet, *Comment. in poster. Epist. Petri*, p. 345. fin.

LXVI.

In *Scriptis Evangelistarum atque Pauli Apostoli locutiones occurrunt ALLUSIVAE.*

Prob.

I.

Sic Matth. V. 22. *Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit judicii, &c.* Alludit Christus ad

L 4

poenas



pœnas Judæorum politicas. Ordinarius homicida puniebatur à judicio triumvirali: gravius delictum commiserat, sistebatur Synedrio: & inter pœnas, quas Synedrium fligebat, eminebat ignis. Sensus adeo Salvatoris optimi est: Omnes isti sunt rei aeterni exitii, qui irascitur, & qui &c. licet dent gradus pœnarum in inferno.

2. Ibid. v. 19. *Qui solverit unum ex hisce minimis minimis vocabitur in regno cœlorum.* Vocabula minima alludit ad opinionem Rabbinorum, quædam præcepta dicentium esse leviora. Et sensus est: Excludetur è regno cœlorum.

3. Sic Matth. VI. 17. *Tu autem, cum jejunias, unge &c.* Alludit ad Phariseorum hypocriticas deformationes faciei in jejunio, v. 16. & sensus est: Debetis procul à cultu isto hypocritico abesse. Conf. Matth. XVIII. 4. ubi humilians se dicitur *maximus in Regno cœlorum*, i. e. particeps ejus, allusione ad quæstionem discipulorum v. 1. facta.

4. Sic Matth. XXVI. 29. *Dico vobis, non bibam posthac de hoc genimine vitis, usque ad diem Iulii, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei.* Alludit Christus ad præsentem actionem comestionis agni Paschalis, & poculi valedictorii distributi, cum sensus sit: Se non amplius corporali modo cum discipulis conversaturum, seu, ut Lutherus exponit: Hic potus erit ultimum Valete hujus temporariæ viæ. Sicut & ad eandem ultimam cœnam Pa-

Schalem



schalem fit allusio, Luc. XXII. 29. 30. *Ego dis-*
pono vobis &c.

5. Sic Luc. XVI. v. 9. *Facite vobis amicos &c.*
 Alludit Christus ad præcedentem parabolam,
 v. 4. & sensus est: Utimini rite bonis cor-
 poralibus, pauperibus benefacite, ut reci-
 piant vos in æterna tabernacula, testimonio
 suo fidem vestram ex charitate sive operibus
 probantes, adeoque per fidem fatis partici-
 pes vitæ æternæ.

6. Joh. VI. 29. *Hoc est opus DEI, ut credatis &c.*
 Vocat fidem *opus*, respiciendo ad quæstionem
 Judæorum, v. 28. *Quid faciemus &c.*

7. Sic & Paulus Rom. VII. differens de Lege
 DEI ejusque effectibus, magna quadam ca-
 tachresi incipit originale peccatum vocare
Legem in membris suis. q. d. Audio quidem,
 quid Lex divina præcipiat; sed ego, proh
 dolor! sentio aliam Legem, contraria nimis
 efficaciter mihi injungentem. Conf. c. VIII.
 2. ubi incipit beneficium Christi vocare, *Le-*
gem spiritus liberantem.

8. Sic I Cor. XI. 24. *Hoc est corpus meum, quod*
pro vobis FRANGITUR; alludit ad præsentem
 panis fractionem, de Corpore Christi ean-
 dem per Metaphoram afferens, & sensus est:
 Quod pro vobis traditur in mortem igno-
 miniosissimam, & cum summis cruciatibus
 conjunctam, qualis esse solet eorum mors,
 quibus ossa franguntur & comminuantur.

Est hic mos Scripturæ diligenter obser-
vandus, ut sciamus, in talibus locis dicta non
esse prorsus ad sonum accipienda, sed ad
sum. Vid. Flac. P. II. Clavis, f. m. 223. seq.
qui ex eo hausit, Glassum in Logica S. p. 14. 15.

LXVII.

Eiusmodi Loci in N. T. accurate notandi,
quibus integer fidei Articulus, vel
universa etiam Theologia,
deduci potest.

I.

Ita Luc. IV. 18. 19. in concione Christi super
Esa. LXI. 1. 2. omnes fere Articuli con-
tinentur fidei Christianæ, ad contestandam P-
trum in V. T. fidem, unde hic locus ad exp-
candum erat aptissimus. Qui enim apu-
Prophetam hæc loquitur, est Dominus Jehovah
sicut è cap. LX. 12. cognosci potest, isque an
super se esse Spiritum, & Eum quidem Jehovah Sp-
ritum, quod apertissimum dogma est SS. Tri-
nitatis. Qui noster est finis objectivus. Deinde
ostenditur acceptus Domini annus, qui hic que-
dem inchoatur; sed vim suam in æternitat-
e nanciscitur: quo ipso continetur finis form-
lis. Accedit doctrina Theol. de subjecto, quo
sistitur, miseriam naturalem præ se ferens
Principia adsunt nostræ restitutionis, Jehovah
nostrí causa Christum ungentis, gratia: Je-
hova, propter nos in H. N. unctus, Spiritu S-

singu-



singulariter beatus, & tum prædicandi Evangelii, tum etiam sanationis, suum solius per meritum efficiendæ, causa missus: & Spiritus Jehovæ, super Jehova velut unguentum nostri causa effusus. Agitur de vocatione, in vocibus *evangelizare*, *prædicare*. De illuminatione in voce *αναβλεψις*. De conversione in voce *sanandi*. De justificatione in voce *Remissionis*. De renovatione in phrasí, *mittere in remissione*. Verbum *iræ* continetur in voce *contriti* &c. Verbum *gratia* in vocibus *evangelizare*, *prædicare libertatem*, *prædicare annum Domini acceptum*.

2. Ita B. Pfeifferus ex Joh. III. 16. sistit Theologiam in nuce. Vid. Theologisches Hand-Buch. Quemadmodum & plur. Rev. Lehmannus ex I Joh. I. 7. in peculiari libello. De Catechesi Paulina, Hebr. V. 12. 13. 14. Vid. B. Fecht. in pecul. Disput. & in Exam. Theol. Indifferent. p. 117. sqq.

3. Ita B. Æg. Hunnius ex priori ad Corinth. Epistola universum Theologiæ Systema in Oratione inauspicali depromit, quæ singulari cum voluptate legi potest, To. IV. Opp. p. 144. sqq.

4. Sic ex Lucæ cap. I. B. Dorscheus integrum Christologiam egregie deducit, Comment. in IV. Evangel. pag. 661. seq. Idemque artificium monstrat ad Actor. XX. 28. in Pentadec. pag. 201. sqq. Conf. similiter B. Balduin. in Commentar. ad Gal. IV. 3. 4.

5. Sic



5. Sic de *Regeneratione nostra* quoad omnes causas agitur i Pet. I. 3. 4. Vide Appar. meum P. I. in Prolegom. p. 12.

6. Sic integer Artic. *Justificationis* continetur Eph. II. v. 4. Vid. B. Cundif. in *Compendium Hutteri*, p. m. 742. sq. item Rom. III. Vid. B. Gisen. *Meditat. viæ salutis* p. 870. sqq. Ne minus Tit. III. Vid. omnino B. Calov. in *Biblio. Illustr. ad h. l.*

LXVIII.

Antiquitatum Hebraicarum notitia ad loca Novae Fœderis explicanda atque illustranda plurimum confert.

I.

Innumeri sunt, qui hic in usum nostrum consuli possunt, Autores. Ut: Buxtorfus in Lexico in primis Talmudico; Lightfoot in Horis; Cartwright. in Mellificio; Camero in Myrothecio; Capellus in Spicilegio; Dieu ad N. T. Joh. Gregorius in Lib. Observatt. Pockius in Miscellan. Hottinger. in Primit. Heidelberg. Diff. III. quæ est de Uſu Scriptorum Hebraicorum in N. T. Seldenus, Bochartus, in scriptis suis, data occasione; B. Geierus de Luctu Hebræorum; Goodwin in Mose; & alii Antiqui. Jud. Scriptores, &c. &c.

2. Ne tamen plane ἀσύμβολο hinc discedam, juvat in hunc finem nonnulla ex B. Dafsovi Coll. MSto ad Evangelia anniversaria

& Mat
rent
gen
ne f
mir
juxt
voc
tio
deb
qui
best
arb
præ
Man

3
qu
im
pra
deb
pra
rue
sui
dep

4
dist
tan
ten
stu
ele
lusi



& Historiam Passionis suppeditare. Ita Matth. VII. 17. 18. de *arbore putrida, fructus ferente pravos*, sermo, ubi non videtur intelligenda arbor, quæ computruit, utpote quæ ne folium quidem proferre potest, multo minus ferre fructus putridos; sed videtur juxta Hebræos intelligi arbor præpuriata, quæ vocabatur putrida, quia in primo à plantatione triennio omnes hujus arboris fructus debebant decidere in terram & putrefactare, quia nullius erant usus, nec homines, nec bestiæ iis cibari poterant: unde etiam signari arbores glebis solebant, ut agnoscerentur à prætereuntibus, quod essent præputiatae. Vid. Maimon. de Decim. secund. c. X.

3. Luc. II. 7. de *præsepio Christi* observetur, quod Judæi non modo illum locum stabuli immobilem, ubi pecora edebant, vocarint præsepium; sed & vas, ex quibus pecudes edebant, unde & opifices dicebantur edere ex præsepio, s. ex simili vase, juxta Lexicon Aruch, p. 3. b. Si itaque Maria Jesulum deposuisset in vas saginarium, etiam potuisset dici deposuisse in præsepio.

4. Interdum singulis convivis suæ partes distribuebantur in propriis scutellis, quod tam Hebræis, quam Græcis in usu fuisse, contendit Borremans. Var. Leet. c. XIII. unde Christus Luc. X. 42. dicens, Mariam *partem optimam elegisse*, forsitan ad has convivarum partes allusit. q. d. Ea pars, quam Maria accipit à me,
longe



longe est præstantior partibus ciborum omnium, quia verbum meum cibus animæ est.

5. Luc. XVII. 12. Matth. VIII. 2. quæri posset, quomodo leprosi Christo occurrere potuerint, cum juxta Legem Mosis debuerint occludi? Lev. XIII. Resp. Quando 2. septimanis occlusi fuerant, nec eo intervallo sanata lepra, sed fieret perfecta, extra urbem dimittebantur leprosi. Vid. libr. Mischn. de Lepra, c. VII. § 3. Ejusmodi perfecti leprosi erant etiam illi, qui Christo occurrebant, ut pote, qui jam dimissi erant, nec amplius occludebantur.

6. Luc. XVIII. 11. Pharisæus *apud se orans* dicitur. Qua phrasí non indicatur meditatio, vel oratio mentalis, quasi os noluerit aperire præ fastu. Nam Hebræis non in usu erat, ut orationem mentalem formarent in locis precationi destinatis, ut expresse docet Maimon. de Prec. c. I. § 5. ubi simul explicat, quid sit, apud seipsum orare, nempe vocem leniter attollere in orando, ut distincte quidem proferatur, attamen non audiatur, nisi ab orante solo.

7. Similiter cap. XVIII. 12. Pharisæus, *jejunans singulis septimanis*, introducitur. Non quidem soli Pharisæi id faciebant; sed Judæi ad unum omnes. Nempe jejunabant die secundo & quinto, nostro die Lunæ & Jovis, si publicæ calamitates Judæos premerent, v. g.

egredi

si pluviæ non deciderent statis temporibus, docente *Maimon.* de *Jejun.* c. 3. Itaque in hoc casu arrogantiæ accusari *Pharisæus* non poterat. Attamen *Pharisæi*, nulla premente calamitate, ex sola sanctitate sibi *jejunia privata* bis singulis septimanis imponebant, quæ non ab aliis *Judæis* observabantur.

8. *Joh. I. 27.* *Solvere corrigias calceamentorum*, erat servile ministerium, & omnium abjectissimum, unde ne quidem servis *Hebræis*, ut-pote honoratoribus; sed servis *Cananæis*, competebat. Itaque *Johannes* se infra servum *Cananæum* abjiciebat, & vilissimis hominibus viliorem esse profitebatur. Vid. *Maimon.* in libr. *Mischn.* de *Sponsal.* c. I. § 3.

9. *Joh. III. 10.* *Tunc es Magister Israëlis, & hæc ignoras?* Hominem renasci posse, utut adul-tus sit, sciebant Magistri Israëlis, siquidem si *Proselyti*, tanquam adulti, à Gentilismo ad Judaismum accederent, nascebantur *Judæi*, & quidem ita, ut primo circumcidetur, deinde aqua baptizarentur, sive lavarentur toto corpore, & denique offerrent oblatio-nes suas. Solebant etiam ad baptismum pros-elytorum adhiberi 3. testes, qui erant tres *Synedrii* assestores, ut docet *Maimon.* de illi-cito congressu, cap. 13. Unde Nicodemus vel ex baptismi ceremoniali *Proselytorum* scire poterat, hominem adultum iterum posse nasci, licet uterum matris non denuo ingredereetur.

10. Ibi-



10. Ibidem v. 14. *Serpens æneus*, in deserto
erectus, erat ex ære rubro, & hinc habebat
colorem cupreum; sicut etiam urentes ser-
pentes colorem habebant rubicundum,
scribunt Hebræi, v. g. *Chaskuni*, *Moses Geru-*
nensis, & *Abarbanel* in h. l. Idem asserit *Kimhi*
in Codice MSto in Pentateuch. ad h. l. ubi in-
ter alia dicit: Si Moses fecisset tantum ser-
pentis figuram, non autem fecisset serpen-
tem ex ære, tum non fecisset serpentem, quia
dici posset *שְׁרֵשׁ*, sive serpens igneus.

11. Joh. XI. 44. de *Lazaro* dicitur, quod
vinctus circa manus & pedes tamen è sepulcro
exierit. Involvendi enim modus hic erat, ut
caput & vultus tegerentur sudario, deinde
totum corpus una fascia oblonga à collo usque
ad pedes constringeretur. Ut ita Laz-
arus, non obstante illa fascia, incedere potue-
rit. Cujusmodi imaginem exhibit *Chifflet*.
Linieis Christi sepulcral. p. 27.

12. De *Calice*, quem Christus volebat, transiret, legitur Matth. XXVI. 42. Luc. XXII. 42. Ubi notetur a) quod agnus illius quotidianus, qui in juge sacrificium immolaatur, bibere ex calice debuerit, juxta Lexicon Aruch, pag. 79. col. 3. Calix ille era aureus, & aqua plenus, qui agno porrigebatur ad faces ardentes, ante ortum auroræ, nempe ad faces, quibus Præfetus templi circumibat, & excubias Sacerdotum observabat. Item etiam Christus accipiebat calicem crucis, cum

Judas



Judas facibus ardentibus accederet. b) Not.
cur passio Christi comparetur cum calice?
Videtur illud fieri ad indicandam profunditatem crucis. Sensus: Transeat profunda mea passio, in quam demergor, à me, si Tibi, Pater cœlestis, placeat.

13. Matth. XXVI. 61. 66. quæritur: Quomodo ille, qui *templum destrueret*, reus esset mortis? Resp. Illud argumentum, si verum fuisset, multum habuisse apud Judæos ponderis. Nam, qui vel unum lapidem altaris destruebat, faciebat, ut altare totum ad sacrificandum esset ineptum. Ita quoque, qui vel unum lapidem in pavimento atrii Sacerdotalis faciebat mobilem, in culpa erat, ut Sacerdos ministrare non posset, ut docet Maimon. de domo electa, cap. I. § 10. Multo magis reus erat, qui totum templum vellet destruere.

14. Matth. XXVI. 74. notetur *Gallicinium*. Cum Petrus Servatorem abnegaret, cantabat gallus, adeoque per gallicinium Servator passionem suam inceperat, qua genus humatum volebat expiare. Ita quoque à gallicino inchoabatur ipsum Festum Expiat. in V.T. Nam circa gallicinium in media nocte mundabatur Altare holocaustorum, & cineres deferebantur, ac ignis struebatur, ut immolari juge sacrificium posset; juxta Maimon. de Fe sto Expiat. cap. I.

M

15. Joh.



15. Joh. XVIII. 28. nolunt Judæi ingredi pro
torum, ne polluantur, sed ut comedant pascha. Ulti
per pascha non agnus paschalis, utpote quen
die præcedente una cum Christo jam come
derant; sed carnes sacrificii festivi intelli
guntur, quæ itidem edi ab hominibus mun
dis debebant. Namque & caro sacrificii fe
stivi vocatur Pascha, unde Deyt. XVI. 2. dici
tur: *Et facies pascha Domino DEO tuo de ove &*
bove, ut per ovem agnus paschalis; per bo
vem autem sacrificium festi Paschalis intelli
gatur, Judæis ipsis ita explicantibus. Ille
autem sacrificia festi pertinebant ad hono
rem festi, & hinc maximi momenti erant, u
in munditie comederentur. Poterant autem
vel primo die, vel reliquis diebus offerri; si
quo citius offerebantur, eo erant meliori
juxta Maimon. de Comparit. in Festis solenni
bus, cap. I. § 1. Itaque nolebant ingredi pro
torum, ut eo citius hoc sacrificium offerre
& de eo ederent.

16. Locus crucifixionis vocatur Golgotha
Matth. XXVII. 33. &c. & situs erat versus Oc
cidentē urbis Hierosolymæ, ut docent Scriptu
res Palæstinæ, Adrichomius, & Heidmannus. Qu
res notatu est dignissima, quia omnium sac
ficiorum sanguines ultima vice versus Oc
cidentem spargebantur, & sic in Occiden
sanguinum adspersio finiebatur. Vid. Maimon.
de Oblat. c. V. § 6. Præterea hircus emili
rius vultu versus Occidentem spectabat, cu
pecc.



peccata totius populi ipsi imponerentur, juxta Maimon. de Festo Expiat. cap. IV. Ut indicaretur, unicum istud sacrificium, quod totius mundi peccata portaturum esset, in Occidente, nempe in monte Golgatha, esse immolandum. Similiter & vaccæ rufæ sanguines, licet in Oriente, nempe in monte Oliveti, immolaretur, spargi tamen versus Occidentem, Sanctum Sanctorum, debebat, & sic etiam Christi sanguinem in Occidente, in ara crucis, spargendum, adumbrabat. Imo si munera deportarentur ad altare, debebant deponi ad angulum altaris, qui inter Occidentem & Austrum erat ; juxta libr. Mischn. de Munerib. cap. V. ut indicaretur, Messiam, qui se DEO datus erat, tanquam munus, in Occidente, nempe in monte Golgatha, esse moritum.

17. Joh. XIX. 31. mentio fit *diei quietis*, des Rüst-Zagee/ per quem dies Festi Paschalis primus intelligendus est: itemque *Sabbati magni*, per quod intelligitur dies paschalis secundus, qui cadebat in Sabbathum, quo die manipulus paschalis, de primitiis hordeaceis sumtus, solenniter offerebatur in templo, qui nocte, hoc sabbatum præcedente, demessus erat. Vid. libr. Mischn. de Muner. frug. c. VI. Nam die Jovis, s. 14. Nisan, agnus paschalis macatabatur, & nocte in sequente edebatur; die autem Veneris, s. 15. i. e. die Festi primo, Christus crucifigebatur; die Sabbati, s. 16. i. e. die Festi

M 2

secun-



secundo, jacebat in sepulcro ; & die Domini, scilicet die tertio paschali Judaico Christus resurgebat. Itaque dies parasceves, sive dies festum præcedens non erat proprius dies quietis, vel der Rüst-Tag / quia à meridie tantum à laboribus cessabant, ut docetur in libr. Mischn. de Pasch. c. 4. Sed dies Festi primus vocabatur dies quietis, der Rüst-Tag / quia in eo cessabant ab operibus Iudei. Differebat tamen dies hic festus à sabbato, quia in sabbato erat major cessatio ab operibus, quam in die festo, quo adhuc aliqua opera licetabant, v. g. licebat aliqua deportare, licebat quoque ignem facere, mactare, coquere & depondere, quæ in sabbato prohibebantur. Vid Maim. de Festis, cap. I. -- VIII.

18. Matth. XXVII. 51. *Veli in templo dirupta facta est, postquam Christus expirasset, id hora nona, seu nostra 3. pomeridiana. Solebat autem iuge sacrificium vespertinum mactari hora dimidia 9. & offerri hora dimidia 10. juxta libr. Mischn. de Pasch. c. V.*
Itaque eodem fere tempore moriebatur Christus, agnus DEI, quo moriebatur agnus vespertinus quotidianus, in iuge sacrificium offerendus. Sicut etiam eodem fere tempore passionem suam auspicabatur, quo agnus, in iuge sacrificium matutinum offerendus, mactabatur. Cum autem sanguis iuge sacrificii vespertini adspergeretur, quod fiebat hora dimidia 10. tunc incendebantur lampades vespertinae in candelabro S. Iuxta libr.



libr. Mischn. de juge Sacrificio, cap. 5. & eodem tempore Sacerdotes erant in templo, qui lampades illas incendebant, & sic cum summa consternatione rupturam veli intuebantur.

19. *Vespera sabbatorum, quæ lucebat in primam sabbatorum*, Matth. XXIX. i. erat vespera exeuntis sabbati, quæ simul erat initium primi diei, sabbatum sequentis, scilicet diei Dominicæ. Sensus itaque hic est, quod illæ fœminæ, quæ volebant videre sepulcrum Christi, exierint, cum sabbatum finitum esset, & vespera sequentis diei inciperet. Hæbebant enim Judæi duplē sabbati vesperam, prima erat vespera, qua sabbatum incipiebat, altera, qua sabbatum desinebat, & hæc altera dicebatur lucere in diem sequentem, quia erat diei sabbatum sequentis, initium. Vocabatur autem dies prima sabbati, dies sabbatum sequens; juxta Maimon. de Synedr. c. XI. § 2. de Circumcis. c. I. § 11. 12. & de Conjugio, c. X. § 14. Quando autem pluralis adhibetur numerus, & dicitur vespera sabbatorum, ut & prima sabbatorum, sciendum est, quod idem sit, ac si dixisset Evangelista, vespera sabbati, & prima sabbati, nam quia in omnibus septimanis erat vespera sabbati, & prima sabbati, hinc pluralis numerus adhibetur. Cum autem Luc. XXIV. i. B. Lutherus vertit: Aber an der Sabbath einem sehr früh; sensus hic est: Aber an dem ersten Tag nach dem Sabbath. Quod clare patet,

patet, si Marc. XVI. 1. 2. consideremus, ubi v.
1. dicitur, quod istæ fœminæ venerint, cum
sabbatum præteriisset, & v. 2. legitur, quod
venerint an einem Sabbather sehr früh/ i.e. primo
die post sabbatum.

20. Luc. XXIV. 27. Christus videtur in
primis explicasse ea, quæ ex Mose & Proph-
etis in festo Paschatos legebantur. v. g. lege-
batur ex Mose, Exod. XII. unde Christus for-
tassis, se esse illum agnum paschalem, expli-
cuit. Præterea legebatur de columna nubis
& ignis, Exod. XIII. quæ etiam præfigurabat
Christum. De celebratione Paschatis, Num.
IX. Ex Prophetis prioribus legebatur Joh.
IV. V. de transitu per Jordanem. Ex Prophe-
tis posteris. Esa. XI. de surculo Domini, & Ezech.
XXXVII. de resurrectione mortuorum. In
quibus capp. multa Christus afferre poterat
quæ ad ipsum pertinebant.

21. Apoc. II. 5. legitur, quod *candelabrum*
suo loco removendum sit, scilicet verbum DEI au-
ferendum ab Ecclesia, quæ similitudo illu-
stratur ex Historia Hebr. ubi afferitur, can-
delabrum sacrum in templo non debuisse
moveri loco. Cap. III. 4. observ. quod illi
Sacerdotes, qui à Synedrio magno absolu-
rentur, haberent legitimam profapiam, &
essent ad ministrandum idonei, *albis vestibus*
induebantur, inidonei *vestibus nigris*; juxta
Maimon. de Ingressu in Sanctuar. cap. VI. § 1.
Apoc. III. 16. not. hanc similitudinem apud
Judæos



Judæos reperiri, quia aquas tepidas aversabantur & expuebant, neque iis sese lavabant; sed aquæ debebant esse vel calidæ, vel frigidæ, ut est in Doctrina de Lotionibus Hebræorum.

Sectio II.

GENERALES ad IV. EVANGELISTAS Observationes continens.

I.

EVANGELII nomine nullum aptius rebus gestis & doctrinæ Christi est.

Prob.

I.

Quia bonus hic nuntius opponitur τῷ νεώτερῳ veteris Legis, quæ mala denunciabat.

2. Quia hac voce non modo usi erant LXX. pro læto nuntio, 2 Sam. XVIII. 22. 25. sed etiam Joël. II. 32. בָשֵׁר ἐναγγελίζεσθαι redididerunt. Confer ad Ps. XC. 2. & Esa. LI. 1. quibus locis describitur Messiæ salus, & læsum nuntium, pauperibus annuntiandum.

3. Quia promissio Messiæ sub Lege vocabatur ἐπαγγελία, docente Paulo, Gal. III. 18.

M. 4

Pro-

